

FV
REL.
40






PRAXIS AVREA
SINDICATVS
OFFICIALIVM,

PRIMA, ET SECUNDA PARS
Cunctis admodum vtilis, & necessaria.

A V C T O R E
FRANCISCO CARRABBA
Rubborum, Basilicatae Provinciae sindicatus
expertissimo V. I. D.
SVPERIORVM LICENTIA.



NEAP. Typis Lucæ Antonij de Fusco MDCLXXV.

SUMPTIBVS IGNATII RISPOLIÆ

SINDICATA

O P E R E C I A L I Y

C O M M U N I T A D E S C U P R A

C O M M U N I T A D E S C U P R A

A L E X A N D R I

A L V A R O S C O L A R I

C O M M U N I T A D E S C U P R A



P E R I L L . D O M I N O V . I . D .
D . F U L V I O M A I O R A N A

Viro Patritio Neapolitano Domino meo
Colendissimo.




Laborata isthęc Opera Francisci Carabæ de Sindicatu Officialium, quę
communi bono Typis demandanda
curaui, eaque sub vestris auspicijs in
lucem prodire per Ill. Dom. studiū;
tutus, quod munus hoc qualecumque sit hylari su-
scipias fronte, nec licet pusillum vestri dēdignetur
animi magnitudo: ipsis cñim Numinibus cuiuscū-
que manus sint, oblatæ caræ sumant victimæ, & li-
cet immensis flūstibus tonent maria, exigui flumi-
nis lymphas, sicca quidem tributa, minimè fugiūt.
Ipse vestris affectus qualitatibus, quibus ommi-
bus carus incedis, tantæ reus audaciæ fio,
tuoque Nomi ni opus hoc facrare audeo. Et quę
nam qualitas in optimo viget viro, quę tibi non
famuletur? Si mores inspiciamus, tantus animi cā-
dor enitet, vt qui tecum semel sermonem habeat,
semper illi immensum tui desiderium facias, si iu-
risprudentiæ scientiam spectes, expectata diū fi-
dem facient vestra obseruationum criminalium
volumina, quę è prælo breui pro ditura, immen-
sam circuſferent lucem. Si ad vestræ Nobilitatis
radios mētis acies vertitur, tot è fastigio vestræ fa-
miliæ, ex antiquioribus in huius Fideliss. Ciuitatis
Sedile Montanæ, regniq; primatibus, sanguine cō-

iunctæ, descendérunt Æquites, vt integrum valeant
religionem conflare, ijdemque eis enituerunt vir-
tutibus, vt regibus additissimi, in grauibus arduisq;
negotijs, tūm belli, tūm pacis eorum vñsi fuerunt
opera, & industria. Sic D. Diomedes Maioranus,
tempore quo Barbarossa Ciuitatē deuastabat Reg-
ginensem missus; Sic Alexander, & Petrus, al-
ter in bello Truenti strenue occupatus, alter plu-
ribus implicatus in prælijs Commendator Horati-
us, ac Æques Hyerosolimitanus Ioseph, patruus,
ac nepos ereatis antea hostium trucidatorum Mon-
tibus. Belgico in bello occubuerunt. Sic Nicolaus
vester dignissimus aetatuus in S. Claræ Consilio ascen-
sus, æqua lance ius dicendo, inseruuit Regi: Cun-
æti militaris, vel legalis cinguli dignitatem conse-
cuti, non morituram, vel sanguine, vel litteris glo-
riam sibi cōpararunt. Possem hic demum inter cæ-
teros te, Germanosque vestros Dominicum Hy-
erosolimitanum Æquitem, & Commendatorem.
Andream enumerare, qui in horrido Neapolitanæ
Plebis tumultu mira strenuitate, virtutes Patrum,
& consanguineorum sectantes arma tractastis: at
vestra non patitur moderatio, quæ cæteras tuas
virtutes mihi vetat percurrere. Sileo huic operi,
te vindicē præcor: idque tuo nomine insignitum
lucem aspicere permittas, sub tuæque protectio-
nis asylo locare patiaris: Tibique Nestoreos annos
depræcor. Vale.

Dominationis Vestræ

Additiss. ac Deuotiss. seruus
Ignatius Rispelius.

PRIMA PARS P R A X I S S I N D I C A T V S O F F I C I A L I V M.



CVM Reges sint dati
à Deo Maximo om-
nipotenti, populis ad
vindictam, malorum,
1 & ad laudem bonorum, ut
dicit text. in cap. magnum in
fine, 11. q. 1. cap. Regū, 23. q. 5.
Ideo per Catholicam Maie-
statem fuit destinatus Dom.
2 Generalis Visitator ad vi-
sitandum, regios officiales in
Regno ad vitam creatos;
3 Fuitque sanctum officiales
temporales sindicari, vt dicit
Regia Pragmatica, incip. Re-
gia dignitati, rubr. de sind.
offic.c. Regni, incipiens, statui-
mus, rubr. de sindicatu. Ritus
Magnæ Curiae Vicarie 295.
cap. Principes, 23. q. 5. Nam
boni, rectiq; officiales, sunt
laudibus extollendi, & præ-
mio decorandi, secundum
4 Matth. de Afflīt. in const. Re-

gni volumus praesentis legis e-
dicto sanctimus; Malis verò of-
ficiales priuari debent offi-
cio, & dignitate, cum exten-
derunt manus ad iniuriam
l. iudices, C. de dignit. lib. 12.
& ad tollendos, et puniendos
malos officiales; Rex potest
visitari, & sindicari facere,
5 quādocūque sibi placuerit.
Bald. in l. obseruare, §. profici-
sci, ff. de off. pro cons. in fin. Io-
seph. Cum. Siculus in suo tratt.
sindic. in rubr. de except. reorū,
& defensionibus, c. 17. nu. 10.
fol. 126. Affl. in const. Regni
statuimus col. 14. in princip.
vers. 4. fallit. Nig. in cap. Regni
statuimus, rubr. de sindicatu,
nu. 71. vers. 5. fallit, & in au-
thent. vt iudices sine quoque
suffragio, §. si quis, qui inimico
etiam Vicarius Regis An-
gel. de Perusio in suo tratt. sind.

2 Sindicatus Officialium.

numero primo. Nam si officiales non visitarentur, aut
3 sindicarentur, daretur occasio, & audacia ad delinquendum,
l. Aurelio, §. Gaius. ff. de
liberatione legat. i., & non est
9 danda occasio ad malum.,
Vincent. de Franch. decis. 283.
num. 25. in secunda parte, &
propterea omnes Barones
debent cum effectu, procurare, ut eorum officiales stent,
10 & pareant sindicatu, ut di-
cit Regia Pragm. 5. in rubr. de
Baronib. visitatio, & sindica-
tos officialium sunt de iure
11 iudicio, ut quisquis reddat ra-
tionem vilificationis suæ, ut
in c. qualiter, & quando extra
de accusat. Lucas cap. 16. nam
12 Samuel se obtulit sindicatu,
ut 1. Regum cap. 21. Paris de
Put. in tract. de sindic. in eu-
dentialibus nu. 3. vers. & col-
ligitur; Visitatio, & sindica-
tus, sunt iustitiae experimen-
13 tum, secundum eundem, Pa-
ridem in loco citato num. 2. &
dum officiales bene in officio
14 se gesit, laudandus est argu-
mento, l. inst. simos, C. de offic.
rect. provinz. & ideo retinen-
tur per Ecarium ultima ter-
tia salarij, loco depositi, ut
15 pareat officialis sindicatu,
ut in Regia Pragm. regiae di-
gnitati in rubr. de sind. offic. in
verbis volumus, (quod de vl-

tima tertia.) Et officiales te-
netur successoris expectare,
aduentum, nam Prouincia
16 absque rectore esse non po-
test. Id circò, non debet ab of-
ficio recedere, nisi aduenien-
te successore, Pragm. 2. &
pragm. 9. rubr. de officio iudic.
& aliorum offic. & aduenien-
te nouo officiali, debet suas
presentare litteras commis-
sionales, sindico, & electi il-
lius loci, in quo officium ad-
ministrare, intendit alias ad
17 officium prefatum admitti
non debet, Anna in allegat.
143. numero secundo, glosa in
capitulo cum in iure peritus in
verbo caueat, ergo de offic. &
potest. iud. deleg. debetque
præstare cautionem de pa-
rendo sindicatu in fine offi-
cij; Pragmatica caueat in ru-
br. de officio procur. Cæsar, &
dum successor officialis cæ-
pit officij possessionē cessat,
officium, & iurisdictio præ-
18 decessoris, Vincent. de Feach.
decis. 393. num. 513. in secundo
volum. & statim officialis fi-
nita eius administratione
prefati officij, tenetur pare-
re sindicatu (ut dictum est.)
Nam officio durante sindi-
19 cari non potest, cyn. in l. si
preses, C. de Episc. and. Mars. in
sus pract. crim. in §. constante,
nu. 8. secus probarataris cri-
mine,

nunc officialis durante officio potest sindicari, Parte de
 20 Put. in tract. de sind. in verbo Barattaria, nu. 2. vers. officialis, & potest per M.C. ab officio remoueri, ut dicam infra in 2. parte num. 324. Et si officialis procurauerit litteras liberatoriales sindicatus a sindico, & electis, in publico parlamento, vel in secreto, non valerent, tanquam forma Regiae Pragmaticae non obseruata, & contra formam dictæ Regie Pragmaticæ Regie dignitati in rubr. de finic. offic. Io. Vincent. de Anna in repetit. rubr. de capitulo primi de vassallo decrepitæ etatis nu. 228. cap. cum dilecta extra de rescriptis in verbo trasponentes, cap. venerabilis de officio, & potestate
 22 iud. deleg. Forma enim Reg. Pragmaticæ est obseruanda in forma specifica, non per equipollens, ut notat Bal. in l. I. vbi Angel. & Alexand. ff. de liber. & posthum. Decius in cons. 455. placet nu. 8. in fine, vers. cum enim a statuto, cui formæ, partes non possunt renuntiare. Cappella Tholos. decis. 352. & ipsi facto hominum non potest derogari, ob
 23 publicam utilitem, Carau. in ritu 295. num. 12. cum sit pro forma inducta, Ius publicum,

ff. de paet. s. Carau. in ritu 248. num. 9. Iurisdictio est concessa Vniuersitatibus sindicandi officiales a Rege, & a Regis Fragimeticis, qua iurisdictione Vniuerfitates viuntur, l. cui iurisdictio. ff. de iurisdiction. omn. iud. l. fin. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Io: Vinc. de Anna in alleg. 72. num. 3. & 4. Et ideo sindicatores viuntur iurisdictione eis qui mandauit l. I. §. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Officialis sindicandus debet comparere, 26 coram sindico, & electis illius ciuitatis, vel oppidi, ubi gessit officium, & debet petere sibi elegi sindicatores ad ipsum sindicandum subscripti tenoris.

Forma petitionis sindicandi petitis sindicatores elegi.

27 **C**oram sindico, & electis talis ciuitatis comparet talis de tali V.I.D. olim. c. siue Iude x ciuitatis præfatae, & afferit anno elapsō exercuisse officium per annum continuum, & intendit stare, & parere sindicatu, ea propter, petit eligi sindicatores ad ipsum exponentem sindicandum, seruata forma Regiae Pragmaticæ Regiae dignitati, et declarat neminem

habere suspectum alias protestatur, & terminus currere intelligatur die tali, & hora tali, anno tali mense prouideri omni modo meliori;

Terminus currit a momento ad momentum. *Paris de Put.* in suo tract. de sindic. in verbo, instantia sindicatus, nu. 2. 3. & 4. cap. 5. fol. 195. à ter. Et ideo in sindicatu potest procedi in die feriato. *Paris de Put.* in tract. de sind. in verbo feriae, c. 1. fol. 189. Sicut est in appellacione, quæ etiam potest fieri in die feriata, secundum *Bart.* in l. 1. §. dies, nu. 2. ff. quando appellat sit; Nam causæ sindicatus requirunt cæleritatem, cum iurisdictio sindicitorum sit paucō tempore duratura, & causæ quæ celeritatem desiderant, sunt priuilegiatae, & procedi potest etiam diebus feriatis, *Ludeu.* *Rom.* in l. si de viro, ff. de solut. matrim. *Grammat.* decis. 58. nu. 15. & in sindicatu non sūt eligendi sindicatores inimici postque dicerentur, odiosi, & suspecti, *Maranta* in suo spec. in rubr. & quando appelletur, nu. 35. in 2. actu principali, & si sindicandus procurauerit fieri electionem aliquorum ciuium interessatorū in sindicatu, aut prætententiū contra ipsum querulare in sindi-

catu sindicatores possunt se excusare, probabili, excusatione, & non debent creari sindicatores odiosi sindicati, cum inimici facile mentionantur, l. 1. §. præterea, ff. de quest. *Niger* in cap. Regni vulgaris famæ, præloquium, num. 18. in rubr. de sindic. l. si inimicitia, ff. his quib. ut indigni, in quo sindicatu non debet interuenire successor officialis. *Niger* in cap. Regni. Item statuimus, nu. 71. in rubr. de sindic. & *Carau.* in ritu M. C. V. 295. num. 16. 17. 18. licet aliter dicat, *Vrsill.* in addit. ad decis. *Afflict.* primam quod nullatenus obseruatur, ut per eundem *Carau.* in loco citato. Si autem sindicandus dixerit in suo libello præsentato corā sindico, & electis quod omnes ciues vniuersitatis habet suspectos, suspicio generalis non admitteretur; *Anna* in sing. 276. sindicus, & electi debent statuere terminum, breuem, ad producendam istam suspectorum sindicitorum, glos. in cap. statutum, §. assessorum in verbo suspectū de rescript. in 6. *Ann.* sing. 161. Capye. decis. 138. in fin. Sed si sindicandus conuolauerit ad M. C. V. vel ad aliquam Regiam Audientiam, & alle-gauerit aliquam inimicitia

virgentem, vel probabilem,
v. g. quod sindicandus con-
demnauit ad mortem, vel tor-
sit aliquem inquisitum de fa-
milia potenti illius loci, iste
metus dicitur iustus, ac iusta
inimicitia, ne sindicatus ge-
ratur in dicto loco, cum me-
tus iustus sufficiat, etiam quod
non causetur effectus, Gram-
mat. in conf. crimin. 13. nu. 22.
& sic dum timet sindicandus
de periculo vitae in personam,
dicitur iustus metus, Grammat.
in conf. crimin. 31. nu. 37. & non
debet expectare se percuti,
idem Grammat. in conf. crimin.
29. nu. 27. Idcirco M.C.V. so-
let, stante inimicitia sindicā-
di prouidere, quod sindica-
tus detur in loco viciniori
non suspecto, & sindicatores
sunt eligendi per illam Vni-
uersitatem, in qua sindicus
gessit officium; cum non sit
verosimile, omnes ciues esse
inimicos, & odiosos prefati
sindicandi, verosimile namq;
est attendendum, Aretin. cos.
9. col. 2. & verisimilitudo est
obseruanda, Oldobrad. in conf.
13. cum quest. in fin. Aymon.
in conf. 61. D. Antonius 3. col.
vers. 3. in materia, 1. volum. Et
propterea annis elapsis, ita
per M.C.V. fuit obseruatum,
& determinatum in sindica-
tu V.I.D. Io. Michaelis Lu-

parellæ de terra Carisi de-
anno 1587. in quo fuit Capi-
taneus in terra Rubborum,
& allegauit inimicitiam, &
paruit sindicatu in ciuitate
S. Angeli Lombardorum, lo-
co destinato per eandem M.C.
et fuerunt transmissi sindica-
tores per Vniuersitatem
Rubborum, & ita fuit pari-
ter prouisum, & determina-
tu in sindicatu V.I.D. Boetij
de Mazzies de ann. 1596. &
dum per sindicadum fuerint
allegati in M.C.V. aliqui ci-
ues suspecti, vel non, & ini-
mici eliguntur per sindicatum,
& electos alii ciues non su-
specti, sindicatores debent
subscriptas litteras cōmissio-
nales facere.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.
Nos talis de tale, sindicus, &
talism de tali, electi, de regi-
mine talis Vniuersitatis de-
putati pro praesenti anno;
38 Significamus, qualiter talis
de tali V.I. D. olim Capita-
neus prefatae ciuitatis, se ob-
tulit stare, & parere sindicatu,
seruata forma Reg. Prag-
maticæ, de prefato officio
per eundem administrato,
& de cunctis reddere ratio-
nē, ut ius expostulat, petijtq;
sibi eligi sindicatores, ad
ipsum sindicandum; Qua-
propter tenore praesentium,

vos

Sindicatus Officialium.

vos talē de tali, & talē de
tali, eligimus, creamus, &
deputamus tanquam non su-
spectos sindicatores ad sīn-
dicandum, p̄fatum si di-
candum olim Capitaneūm.
Dantes vobis p̄fatis sindi-
catoribus, vices, & voces no-
stras seruata forma Regiæ
Pragmaticæ regiæ dignitati;
in quorum fidem, has p̄sē-
tes litteras cōmissionales per
nostrum ordinarium Cancel-
larī fieri, & scribi iussim⁹,
cum nostrarum propriarum
manūm subscriptione, sub-
scriptas, & sigillo Vniuersi-
tatis Robboratas. Data in
p̄fata Cinitate, anno tali,
die tali, & mense, et hora tali
sigillentur, & subscribantur
in forma p̄fatae litteræ cō-
missionales, per sindicatores
debent notificari sīdicādo,
39 nam ante p̄sentationem,
& notificationem, non ha-
bent sindicatores iurisdictio-
nem, nec habitu, neque actu,
glosa in cap. ut debit⁹ de ap-
pellat. in verbo assignata, Io:
Vincent. de Anna in allegat.
143. num. 2. Antequam sindi-
catores deueniant, ad pro-
mulgationem bandorum, de-
bent examinare duos vel tres
testes veritatem scientes pro
quanto tempore officialis sīn-
dicandus exercuit officium,

& non requiritur parti⁹ ci-
ratio, cūm examinentur ad
40 eorum instructionem, M̄i-
ranta in suo spec. aur. in 8. mē-
bro, in rubrica, & producūtur
scripturæ instrumenta, nu. 35.
fol. 422. Bald. in l. si qua per
calumniam, vers. sed pone, C. de
Epis. & Cler. Qua capta sū-
māria informatione, debent
p̄figere terminum, si offi-
ciales exercuit officiū infra
annūm pro rata temporis,
habito respectu ad tempus
41 dierum 20. quo darentur ad
porrigēdum querelas, si per
annūm officialis exercuisset
officium. Niger in cap. Regni
statuimus, rubr. de sind. Si vero
officiales ultra annūm exer-
cuit officium cum prima of-
ficij commissione dātur dies
20. & non plus ad porrigen-
dum querelas, & ad prose-
quendum alij dies 20. cum
vnicum reputetur officium,
Bart. in l. si cum dies, ff. de ar-
43 bitr. & l. sed & si manente, ff.
de prec. etiam si officialis es-
set toleratus cum prima cō-
missione ad exercendū offi-
ciū per plures annos vni-
cum reputandū est officiū, m.
Carau. in ritu 295. nu. 39. not.
in fine; Ideo Iudices M.C.V.
Auditores Prouinciarum li-
cet exerceant officium iudi-
catus per triennium vnicum

Pars Prima.

7

reputatur officium, & non
datur nisi dies 20. ad porri-
44 gendum quærelas, & dies 20
ad prosequendum, & quam-
uis intra annum datur termi-
nus pro rata ad porrigeñum
quærelas, hoc tamen est in-
ductum in beneficium offi-
cialis, ut dicit Carauita in di-
cto citato ritu. 295. n. 30. vers.
minime obstant alia verba, li-
cet hodie in Regno officia
sunt annalia, Vincent. de Fran.
45 chis decis. 410. in 2. par. Ioan.
Vincent. de Anna in sing. 369.
& in alleg. 15. num. 3. pro quo
tempore statuendus est ter-
minus per sindicatores ad
porrigendum quærelas, &
bannorum debent sindicato-
46 res ædictum durari facere,
in publico durante termino
in bannis præfixo; Bart. in l.
sed, & si pupillus, de quo pa-
lam, ff. de institut. act. & publi-
cari facere in locis solitis, &
consuetis, ut innotescant per
præconis ædictum, Paris de
Put. in suo tract. sind. in verbo
officialis cap. 5. num. 2. fol. 102
47 in quibus bannis debet scri-
bere diem, & horam, men-
sem, & annum, Joseph. Cum.
Siculus in suo tract. sind. in ru-
br. de bannorum prouulgatio-
ne num. 4. Terminus non po-
test per sindicatores brevia-
ri, ut in Prag. incip. Illustres,

48 §. nel tombar del sindicatos, in
rubr. de composit. Debent etiā
sindicatores eligere dum
tutam, & honestam, in qua
debent reggere iustitiam, se-
49 cundum Glosam in cap. cum
Episc. de offic. ordinar. in 6. in-
verbo loco l. si cum dies, §. ar-
biter. ff. de arbitr. & in §. sed si
in aliquem locum sumptibus
Universitatis petentis officia-
lem sindicari, ex dictis per
Bal. in l. generaliter, §. iisdem
præsentibus, vers. deinde nota;
C. de reb. cred. Dec. in l. fin. col.
fin. vers. & generaliter, nu. 6. ff.
de offic. assessoris. Procurentq;
50 actuarium, sindicatus non
suspectum eligere, cum ex le-
ui causa possit remoueri, vt
suspectus cum iuramento,
Carau. in ritu 265. num. 8. An-
na in sing. 489. & indefectum
mortui forte, vel absentis de-
bent eligere. Notarium non
51 suspectum, pro Actuario
sindicatus, Carau. in ritu 250.
num. 3. sindicatores vero non
52 possunt allegari suspecti, ni-
si in Regijs tribunalibus, Ca-
rauit. in ritu citato 265. num. 2
non possunt exercere offi-
53 cium sindicatorū, & actua-
rij sindicatus cum sit officiū
incompatibile, Carau. in ritu
2. num. 33. nam si sindicato-
res vtrumq; officium admi-
nistrarent, neutrum officium
bene

*sindicatos
in pondere
exercere officia
actuariorum*

benè peragerent, secundum text. & glos. in verbo non possest, in l. nemo ex his, C. de assessor. & in verbo in utrumque officio duorum fungi non possunt, Niger in cap. Regni. Item quod prædictum num. 8. rubr. de non capiendo aliquem absque consilio Iudicis, & Glosa in l. si plures in verbo, nam difficile est, ff. de pact. & sic isti sindicatores non possunt esse. Sindicatores, & actuarij sindicatus, & fungi officio duorum, Paris de Put. in tract. sind. in verbo Index num. 15. & in verbo officium, cap. 1. num. 3. fol. 253. at erg. Difficile namquæ est, ut unus in officio vice duorum obtineat, quod

54 absurdum est si promiscuit actibus rerum turbentur officia, Glosa in cap. singul. 89. dist. & l. consulta, in verbo absurdum est, C. de testam. verum si essent officiales sindicatores, in parua aliqua terra, seu paruo casale, siue modico oppido, in quibus locis non est copia hominum literatorum, ut possint acta scribere, & causa non esset gravis, siue magna, sindicatores

55 essent notarij potuissent scribere acta, ut dicit Niger in di. eto citato capitulo Regni. Item quod prædicti, tamen melius est, ut acta scribantur ab ali-

*acta scriban-
tur ab Attheario,
et ab abindia-
tori.*

quo actuario, & non a sindicatores. Quærelæ vero tam ciuiles, quam criminales, sunt præsentandæ infra terminum in bannis præsumi, alias extræ terminum, notarii adminicarentur, & officialis sindicandus liberaretur a sindicatu, Soccin. in tract. citat. i. artic. 37. in 3. effectu perempt. Clarius in tract. crim. quæst. si vers. has etiam Boss. in tit. de off. pecun. corrup. num. 32. & 33. Ferrat. in cantela 14. & debent pronuntiare instantiam esse peremptam sindicatus, & liberari sindicandum a sindicatu, Caran. in ritu 248. num. 17. si fuerint aduenæ, vel absentes non præsumuntur scire bannum emanatum per sindicatores, dum non manebant in illa contracta, seu loco, ut potuissent bannum audire, Bart. in l. r. §. in pari. ff. de recept. arbitr. ibi dicit, quod præsumitur scire quando est notorium in contracta. Ideò aduenæ querulare volentes sunt admitti ad porrigidum quæ-

57 relas extræ præfatum terminum per sindicatores pre-

58 fixum, banna non ligant forenses absentes, Andreas de Ifern. in const. Regni per partes Apuleæ, l. fin. de decret. ab ord. faciend. Gramat. in cons. crim. 25. num.

Pars Prima.

-9

25. num. 1. & 3. Affl. dec. 290.

59 nro. 2. nam absentia est probanda, aut per scripturas, aut per testes cum testes, & scripturæ eandem vim habeant,
60 l. in exercendis, C. de fide instrum. non admittitur proba. Tamen per iuramentum, cum iu-
61 ramentum non sit probatio, sed reuelatio ab onere probandi secundum Glosam in §.
sed furti institut. de act. & recipiuntur querelæ post terminum absentia probata.,
Paris de Put. in tract. sindic. in verbo officialis finito officio,
cap. 5. num. 3. 4. 5. fol. 102. ater.
& non retardatur sindicatus, ut ibidem num. 3. quilibet presumitur banno ignorare emanatum per sindicatores ad porrigidendum querelas, nisi scientia probetur,
62 Glo. in c. cum in tua, in verbo repellendus est, extr. qui matrim. accus. possunt, Innoc. in cap. 2. de constit. l. super seruis, C. qui milit. non possunt, lib. 12 cap. presumitur ignorantia de reg. iur. in 6. & ideo stante querelantis absentia, querelæ admittuntur etiam post terminum, ut dictum est. Et quia sciendum est, qua forma, & ordine formandi sunt, l. belli querularum, contra officialem sindicandum; ideo has formas libellorum describendas esse censui.

Incipiunt formæ querularum ciuilium, & querularum criminalium contra Officialem sindicandum in suo sindicatu.

Forma libelli cause ciuili iniuste, ac inique per sindicandum indicatae.

CORAM sindicatoribus ad sindicandum deputatis talem de tali V.I.D. olim Capitaneum Ciuitatis talis, exponit talis de tali, qualiter tempore, quo præfatus sindicandus exercebat officium in præfata ciuitate, egit exponens ipse contrà talem de tali, super petitione duc. 20. presentialiter, & inconstantis metuotorum, cu promissione de restituendo infra certū tēpus elapsum, & non obstante probatione plena facta per exponētem instruēto processu, dictus sindicandus, mediante diffinitiua, iniqua sententia, cum reuerentia absoluit dictum talem conuentum à petitis ducatis 20. & ab expensis contrà omne iuris debitum, & legis trahentes; quarè recognitis actis desuper actis, petit præfatum sindicandum, cōdemnari ad negotium principale, & prout equum vestre religioni

B

ligioni

ligioni videbitur iudicandū, vna cum expensis, & interes- se, liquidando, quæ inqua- sententia, fuit per prædictum sindicandum, sic iniuste, & iniquè prolata cùm reueren- tia sub die tali, & anno, in- tali palatio curiæ, sub Presi- datu, &c. Regnante, &c. do- minante, &c. ius iustitiā mi- nistrari omni modo meliori.

*Forma quarela libelli denegata,
& retardata iustitiae con-
tra sindicandum.*

COrā sindicatoribus ad sin- dicandum talem de tali V. I. D. olim Capitaneum. 64 Cimitatis talis, comparet ta- lis de tali, & conqueritur cùm reuerentia de præfato sindicando de eo, & in eo, & super eo, quod cum querulans ipse esset inquisi- tus de asserta rixa ad querelam talis de tali, compilato, & formato processu, causa- quæ ipsa existenti instructa in limine, expeditionis in- stante ipso querulante non solùm per tres protestatio- nes, sed plures, vt dictus sin- dicandus voluisset causam ipsius querulantis expedire, vt iuris; noluit causam ipsam determinare, ac iustitiā mi- nistrare detinendo expo-

nentem pluribus mensibus in carceribus criminalibus, vndè querulans ipse fuit cō- pulsus metu, & squalore car- ceris obdenegatam, ac retar- datam iustitiam per dictum sindicandum tempore, quo suum officium exercebat cō- uolare ad M. C. V. & procu- rauit prouisiones, quibus in- intimatis præfato sindicando, tunc temporis officiali ex- stenti, vt causam infrà tot dies expeditat, vt iuris, cum comminatione auocationis causæ præfatæ ad M. C. qui- bus non obstantibus semper incidendo ad peius persistit, negando, ac retardando iu- stitiam noluit causam expe- dire; tandem transmissis actis ad eandem M. C. exponens ipse ex eisdemmet actis fuit, pro causa præcalenda libe- ratus, & absolutus p M. C. V. Quarè recognitis actis quæ- relam exponit querulans ip- se criminalem contrà præfa- tum sindicandum de denegata, ac retardata iustitia, & omni modo meliori petens ipsum sindicandum puniri, ac castigari, vt iura volunt, & mandant, et in subsequen- tiā querelæ condemnari prædictum sindicandum ad omnes expensas, damna, ac interesse, prout æquum ve- stræ

stře religioni arbitrandum, ac iudicandum videbitur, q̄ crimen denegatae, ac retardatæ iustitiae, fuit patratum per sindicandum ipsum, de præsenti anno sub tali die, & mense, sub præsidatu &c. dominante Regio Tertio Philippo etc. et ipso Regente &c. ius iustitiam ministrari omni modo meliori.

*Forma querelæ libelli de indebita, & iniuriosa tortura
contra officialem sindicandum.*

COrā sindicatoribus ad sindicandum talem de tali V.I.D. olim Capitaneum Ciuitatis talis de tali, et afferit, qualiter tempore quō præfatus sindicandus exercebat officium, processit ad inquirendum contra ipsum querulantein, de asserto appensato insultu in personam talis de tali, ad ipsius querelam, in quo casu non erat locus torture contrā formam juris, et capitulorum Regni præfatus sindicandus contrā omne juris debitum extorsit exponeantem ipsum per horam, et plus brachia ipsius querulantis, post terga ligari faciendo in loco alto in corda per præfatum tempus

pro prædicta causa manendo; quarè recognitis actis querulans ipse exponit querelam criminalem contrā eūdem prælibatum sindicandum; de iniuriosa, et indebita, et iniusta tortura petens ipse querelans ipsum sindicandum puniri, castigari, ut iura, constit. capitula Regni dicant, et mandant, et in subsequentiam actionis criminalis petit dictum prælibatum sindicandum condemnari ad omnes expensas, et interesse, prout equum vestre religioni videbitur iudicandum, quę iniuriosa, et indebita tortura; per sindicandum fuit, iniuste, et iniuriosè in illata, in tali palatio iuxta tale fines, & fines, in platea ciuitatis prædictæ, sub tali die, mense, & anno, sub præsidatu, &c. regnante, &c. dominante, &c. ius iustitiam ministrari omni modo meliori.

*Forma querelæ libelli indebiti curaeis, & iniuriarum
contra sindicandum.*

Coram sindicatoribus ad sindicandum deputatis talem de tali olim Capitaneū ciuitatis talis, afferit talis de tali quod dictus sindicandus tempore præfati sui officij

nulla subsistente causa , neq;
citatione præcedente , pro-
cessit ad carcerationē ipsius
66 querelatis, quinimò per plu-
res dies intus carceres crimi-
nales, querulante ipsum , ,
detinendo contrā omne iuris
debitum ; Quare recognitis
actis, querulans ipse exponit
querelam criminalem con-
tra præfatum sindicandum
de indebito carcere, & iniu-
sta carceratione, & molesta-
tione, ac de iniuria, & omni
modo meliori . Petens ipse
oppressus querulans eundem
sindicandum puniri, castiga-
ri, iuxta iuris tramites Regia
Pragmatica constit. capitula
Regni mandant. & parifor-
miter condemnari præliba-
tum sindicandum ad omnes
expensas, damna, ac interesse
occasione prædicta , passas ,
& passa , prout vestræ reli-
gioni videbitur æquum iu-
dicandum, quod crimen in-
debiti carceris carceratio-
nis , & iniuriarum , fuit pa-
tratum per sindicandum; tali
die, tali mense, & tali anno ,
in tali carcere , iuxta tales
fines, & confines, sub præsi-
diatu, &c. regnante, &c. do-
minante, &c. ius iustitiam
ministrari , & capi informa-
tionem diligentè, &c. omni
modo meliori .

*Forma querelæ libelli indebitæ
& iniuste condemnationis
criminalis contra offi-
cialem sindicandū.*

COram sondaoribus depu-
tatis ad sindicandum talē
de tali V. I. D. olim Capita-
neum ciuitatis talis, exponit
talis de tali, qualiter quære-
lans ipse fuit tempore officij
per dictum sindicandum in-
67 quisitus, de prætenso insultu
cum figurato vulnusculo ad
quærelam talis de tali , dūm
non erat nisi realis, & mera
rixia , fuit exponens ipse per
prælibatum sindicandū con-
demnatus ad remigandū per
triennium in regijs triremi-
bus : appellauit querulans
ipse à præfata iniusta, & ini-
qua sententia ad M. C.V. tā-
dem transmissis actis , ex eis
demmet actis querulās ipse
per eandem M. C. fuit libe-
ratus , & absolutus à dicta
pœna ; Quarè actis recogni-
tis , querulans ipse exponit
querelam criminalem de in-
iusta , & inqua condemna-
tione, ac de iniustitia contra
dictum sindicandum , petens
dictus querulans ipsum sin-
dicandum puniri, & castiga-
ri, vt iura volunt , & man-
dant, & in subsequentia præ-
fatæ

fatae quærelæ , petit eundem
sindicandum condemnari ad
omnes expensas , passas , &
interesse , liquidandum passū
occasione prædicta , prout
æquum religioni vestræ vi-
debitur iudicādum in forma ,
quæ iniqua , ac iniusta sentē-
tia fuit sic iniquè , & iniurio-
sè , pro lata per prælibatum
sindicandum , in tali die , tali
mense , & anno ; sub præsida-
tu etc. regnante etc. dominā-
te etc. ius iustitiam ministra-
ri omni modo meliori .

*Forma quærelæ libelli extorsio-
nis contrà officialem sin-
dicandum .*

COram sindicatoribus ele-
ctis , & deputatis ad sindi-
candum tales de tali V.I.D
olim officialem Ciuitatis ta-
lis , asserit talis de tali quæru-
lans qualiter dum dictus sin-
dicandus exercebat officium
in Ciuitate præfata , ad que-
relam talis de tali de assertis
pugillis in rixa , processit di-
ctus sindicandus ad carcera .
68 in carceribus criminalibus ,
& metu carcerationis , &
carceris extorsit ab idso que-
rulanter ducatos quindecim ;
quamobrem , querulans ipse ,
exponit quærelam criminis

lem de extorsione , contrà di-
ctum sindicandum , petens
ipsum puniri , & castigari ,
una cum restitutione dicto-
rum ducatorum quindecim
extortorum , & expensis ,
damnis , ac interesse , prout
æquum vestræ religioni iu-
dicandum videbitur , & de
præfatis capi diligentè in-
formationem semotim , & in
secreto , ut decet in forma ,
quod delictum extorsionis
fuit patratum per sindican-
dum ipsum in tali loco , iuxta
tales fines , & confines , die
tali , & mense , & anno &c.
sub præsidatu &c. regnante
&c. dominante , &c. iustitiam
ministrari , & indemnitatì
quærulantis prouideri isto ,
& omni modo meliori .

*Forma quærelæ libelli concusso-
nis contrà sindicandum .*

COrā sindicatoribus ad sin-
dicandum tales de tali
V.I.D. olim capitaneum ta-
lis Ciuitatis deputatis ; afse-
69 rit talis de tali , qualiter tem-
pore sui officij dictus sindi-
candus processit ad inquiren-
dum contrà prædictum que-
rulantem de prætenso insul-
tu , & vulnere figurato ad
quærelam talis de tali , &
dum nihil constabat , nequè
in ve-

in veritate peterat constare
contrà ipsum comparentem
carcerauit ipsum exponentem,
& metu carcerationis,
& carceris, induxit praefat-
rum querulantem ad se tran-
sigendum cum Baronal. cu-
ria pro causa prætensa pro-
ducatis 20. dūm absoluendis
erat à causa prætensa: qua-
propter querulans ipse expo-
nit querelam de concusso-
ne, contrà eundem in sindi-
candum, petens ipsum puni-
ri, & castigari, ut iura vo-
lunt, & mandant, & conden-
nari ad restituendos dictos
ducatos 20. & ad expensas
damna, ac interesse persolu-
endum exponenti prout æquū
vestre religioni videbitur ar-
bitrandum, & iudicandum,
que concusso fuit patrata
per sindicandum de præsen-
ti anno, tali loco in die tali,
& mense tali, sub præsidatu
&c. regnante etc. dominante
&c. & recognitis actis, ius
iustitiam ministrari omni
modo meliori.

*Forma querela baractariae con-
trà officialem sindicandum.*

COram sindicatoribus de-
putatis ad sindicandum
per Cinitatem talem, talem
de reli olim officiale V.I.D.

præfatæ Cinitatis, exponit
talis de tali, qualiter expo-
nens ipse exposuit querelam
de insultu, & violentia, &
vulnere, cum maxima defor-
matione brachij ipsius quer-
ulantis, contrà tales de tali,
captos, & carceratos sub fi-
da, & tuta custodiendum
prefati inquisiti, per plenas
probationes factas prædicti
delicti, erant poena corpora-
li puniendi, & condeinandi
ad interesse exponētis dictus
sindicandus; temerè, dolose,
& appensatè, corruptus pe-
cunia, recipitq; à prefatis in-
quisitis duc. 50. de moneta
argentea huius Regni, in ca-
mera palatij officialis præ-
fati, & dictos tales, & tales
culpabiles nocentes, & delin-
quentes ob baractaria dictus
sindicandus, liberavit, absolu-
vit, & relaxauit, contrà for-
mam juris, & contrà notori-
am iustitiam exponentis;
ideo querulans ipse expo-
nit querelam criminalen-
contrà dictum sindicandum,
de baractaria, instans ip-
sum puniri, castigari, ut
iura mandant, & capi di-
ligentè informationem de
expositis, & procedi ad car-
cerationem sindicandi, & in
subsequentiam querelæ præ-
fatae, petit eundem sindican-
dum

dum condemuari ad omnes expensas, damna, ac interese, prout vestræ religioni æquum videbitur iudicandum, & prefatum baratariæ crimen fuit commissum per dictum sindicandum de praesenti anno, sub die tali, & mense tali, sub praesidatu etc. regante &c. dominante etc. in camera talis palatiū iuxta tales fines, & confines etc. ius iustitiam ministrari etc. omni modo meliori.

*Forma querela libelli inquisitio.
nisi generalis contra
sindicandum.*

Coram deputatis sindicatoibus ad sindicandum V. I.D. talem, de tali olim Capitanœa Ciuitatis talis exponit, talis de tali sidiacus, & procurator praefatae ciuii-
tatis, qualiter dictus sindi-
candus, tempore quo officium
predictum exercebat, in vi-
tu officij dictus sindicandus
plures baratarias extorsio-
nes concussions perpetrauit
cum diuersis priesfatæ ciui-
tatis ciuibis, & personis te-
merè, dolosè, & appensatè
contra formam iuris Regia-
rum Pragmaticarum, Capi-
tulorum, & Constit. Regni.
Quare distas exponens, petit

de praefatis criminibus, &
delictis, inquire per inquisi-
tionem generalē, ac procedi:
quæ delicta fuere commissa
per predictum sindicandum
de praesenti anno, tempore
sui officij administrari, &c.
in palatio tali, &c. regnante,
&c. dominante, &c. sub praesi-
datu, &c. & capi diligenter
informationem de praefatis
criminibus, & delictis insti-
tiā ministrari, &c. omni
modo meliori.

Fiant capita distincta per ad-
vocatum querulantium su-
per inquisitione generali pro
quolibet crimine, & cum
qua persona.

*Forma querela libelli de perinrio
contra sindicandum.*

Corā sindicatoribus ad san-
dicandum electis, & de-
putatis talem de tali V. I.D.
olim capitaneum ciuitatis
talis afferit talis de tali sta-
tionarius talis exercebat of-
ficiū in eius apotigia in-
vendēdo multa bona com-
stibilia, quibus imposuit aksi-
mam dicto tali stationario, &
pothecario ad vendendum
bona predicta, exponēs ipsa
tanquam à praefata ciuitate
deputatus ceteramus, & po-
testa-

testare habens, dictus sindicandus temerè, dolosè, & appensatè carcerauit expontem, & talem stationarium carcerando intus carceres. Impedicando prefatus sindicandus, & prohibendo venditionem iuxta assisiam impositam per exponentem catapanum contraueniendo iuramento facto per dictum sindicandum tempore ingressus officij de obseruando capitula, & consuetudines Ciuitatis praedictæ, mediante iuramento sibi delato. Exponit quærelam criminalem contrà dictum sindicandum de periurio, & omni modo meliori temerè, dolosè, & appensatè prefatum periurium committendo, petens ipsum puniri, & castigari, ut iura volunt, & mandant, & condemnari ad omnes expensas damna, ac interesse, prout æquum videbitur religioni vestræ iudicandum, quod periurium fuit temerè, & dolosè commissum de presenti anno, de mense tali, & de die, & capi diligentè informationem, omnia fuere patrata per sindicandum, sub presidatu etc. regnante &c. dominante etc. omnimo, do meliori.

Omnies retoscripti prefati

querularum libelli sunt presentandi coram Sindicatoribus, et actuario, ad tollendas malicias, & fraudes hominum, quibus est obuiandum, l. in fundo, ff. de rei vendit. l. cum §. si lis, ff. de transact. in verbo ne circumueriatur, & sunt per sindicatores subscribendi ad tollendas falsitates, Clar. in sua pratt. crim. in quæst. 53. vers. 5. est casus; Sindicandus vero officialis videns terminum prefixum in bannis esse elapsum: nam 74 terminus instantiæ est computandus à die termini ædifici preconus, à quo tempore currit instantia. Ideò.

Sindicandus debet presentare coram Sindicatoribus infra scriptum libellum.

Coram Sindicatoribus ad sindicandum talem de tali V. I. D. comparet idem sindicandus asserit sibi fuisse 75 datum terminum dierum 20. ad porrigendum quærelas, & quoniam terminus est elapsus; petit quærelas non recipi amplius, & si forte receptas tanquam post terminum rejici, et procedi ad lecturam querularum ciuiliū, & contestationem litium causarum criminalium si existant

tant, omni modo meliori etc. Sindicatores verò debet statim notificari facere prædictam comparitionem querulantibus si extant, iuxta t. de unoquoque, ff. de re iud. facta relatione prefatae comparitionis intimatae sindicatores debent infrascriptum decreatum facere.

In Dei nomine.

Per sindicatores prouidetur viis actis, ac stante lapsu termini ad porrigeendum querelas, quod querelæ amplius non recipiantur, immo receptæ post lapsum termini rejiciantur, & procedatur 76 ad lecturam querularum ciuilium, et ad litis contestationem querularum criminalium si extant, prout ita prouidetur hoc suum subscribatur præfatum decreatum, per sindicatores, & scribatur, lectum latum sub tali die, et hora: notificetur quæ sindicando, et querulantibus, et citandæ sunt partes ad audiendum lecturam querularum ciuilium, et ad contestationem litium causarum criminalium, et si forte sindicandus nolit comparere, sed latitauerit est carceratus, 78 Alferius Cortonensis conf. 5. num. 10. et si sindicato-

res, vel unus ex eis (ut evenire solet) ex aliqua urgenti causa fuerint absentes, vel absens, vel aliqua probabili infirmitate, vel mortis sindicus, et electi alios sindicatores eligere debent non suspe-
79 etos, ut dixi supra num. 34. & 35. et debent subrogare alium, vel alios in locum aliorum absentium, infirmorum, vel mortuorum, natura subrogari sapit, naturam, subrogantis, Vincent. de Fran- ch. decis. 249. num. 4. & 2. vol. Gramat. dec. 105. num. 35. An. na in sing. 393. et de prefata absentia infirmitate, vel mor-
80 te sindicatorum, vel sindica- toris, est capienda informa-
tio summaria, vel debet ap-
parere in actis fides, et reuer-
tentibus sindicatoribus ab-
sentibus, vel conualecenti-
bus, vel aliquo ipsorum pos-
sunt officium sindicatorum
exercere, Tiraq in tract. ces-
sante causa, in I. par. n. 48. f. 17

81 Querelæ ciuiles legi de-
bent per actuarium à verbo
ad verbum coram sindicato-
ribus publicè in presentia
sindicandi, et querulautiua
si extant in domo, in qua sin-
dicatores iustitiam regunt.
Glosa in t. letta in vers. audi-
torio, ff. si certum petatur, Pol-
ler. in sua praet. crim. in rubr.

fiat contestatio litis, num. 1.
 sindicandus debet negare
 82 omnia prout ponuntur, &
 narrantur, Amed. Iustin. in
 suo tract. sindic. num. 20. &
 negans officialis non ammit-
 tit priuilegium, ut mendax,
Anna in singul. § 19. & si lati-
 tauerit, aut fugerit officialis
 statur sacramento potentis,
Angel. de malef. num. 250. in
 in rubr. de inquisit. car. 483.
 à terg. Querelæ criminales
 83 non leguntur, sed lites con-
 testantur, & sindicandus, vt
 84 inquisitus principalis ex-
 minatur super querelis, Cla-
 85 rus in sua pract. crim. qu. 45.
 vers. in primis quero, sed si sin-
 dicandus opposuerit causas
 esse ciuiles, & ciuiles decla-
 rari potest consultor eas ci-
 uiles declarari, si ei iustum
 videbitur, suspensa crimin-
 alitate, *Glosa in l. 1. §. qui peco-*
ra, in verbo remittendus est, ff.
de abigeis, quibus querelis ci-
uitiè declaratis est citan-
dus sindicandus, & ipse ad
videndum iuramenta, te-
nium alias si non repetun-
tur, non probant, l. s. quando,
C. de test. c. 2. eod. tit. Niger in
z. Regni si iuste in rubr. de ap-
pell. à torment. num. 53. que-
relantes verò tenentur pre-
 86 stare cautionem de reficien-
 dis expensis si petitum fuerit

per sindicandum in casu suc-
 cumbentiae, & eorum perso-
 nas legitimare, *Foller. in sua*
pract. crim. in verbo audiantur
exceptiones, num. 13. authent.
generaliter, C. de episc. & cler.
 si non præstiterint querulan-
 tes cautionem expensarum,
 & legitimauerint eorum
 personas infrà præfixum ter-
 minum per sindicatores de-
 87 clarantur pro desistentibus,
 & amplius audiri non de-
 bent, *Carau. in ritu 202. nn. 5.*
Foller. in sua pract. crim. in ru-
br. audiantur exceptiones n. 7.
car. 36. si fuerint plures quæ-
rulantes, duos debent consti-
tuere procuratores, & non
 88 plures, *Vincentius de Fran-*
chis decis. 309. in secunda par-
te. Anna sing. 387. & si tem-
pore ipso leguntur querelæ
ciuiles, sindicandus petierit
copiam querularum ciui-
lium est concedenda sumptu-
bis sindicandi potentis, Amed.
Iustin. in suo tract. de sindicat.
num. 228. secus est in causis
ordinarijs, in quibus datur
copia sumptibus actoris reo,
 ut in *Pragmatica 5. in rubr.*
de ord. ind. incip. Comparente
 reo: & si tempore lecturæ
 querularum ciuilium, vel
 contestationis litis querula-
 rum criminalium fieret ali-
 qua iniuria, vel rixa inter
 fandi.

sindicandum, & querelantes coram sindicatoribus iustitiam regentibus, in adivorio solito debent ipse sindicatores ipsos delinquentes punire, ex reg. l. nullum, C. de testam. *Vincentius de Franchis* dec. 147. in prima par. cum consultoris cons. cum sint offendæ aures ipsorum in contentum, *Paris* in verbo notarium, num. 1. circa finem, cum debebant rixantes silere cum modestia, *Caran.* in ritu 104. num. 1. & 2. quæ non habent locum aduersus clericum, seu personam ecclesiasticam cum sint incompetentes, *Anna* sing. 135. ideo ad euadendum scandala, rixas, & alia, sindicatores, debent sindicando, & querelantibus mandare, & prohibere, quod deponant arma pendente sindicatu, *Paris de Put.* in tract. de sindic. in verbo officialis, num. 4. c. 1. car. 99. aterg. nam proprium officium Iudicis, est, ne partes decernant ad arma, l. & quissimam, ff. de usu fructu, *Tbesaur.* dec. pedamont. 110. num. 3. *Anna* alleg. 60. num. 1. & remouenda est occasio ad malum, *Vincent. de Franch.* dec. 283. num. 25. in prima parte, nec baiulus potest arma portare, *Ioannes Vincent. de Anna* in sing. 47.

quaruis ex urbanitate non
94 officialis successoris sindicandus possit arma deferre, *Fabius de Anna* in repet. const. Regni incip. Si quis aliquem, num. 27. & 28. *Affl.* in const. intensiones in 10. q. num. 19. nihilominus non potest sindicandus arma deferre sindicatu pendente, *Niger* in cap. Regni, incip. ut inter subiectos, in rubr. de prohibita por. armarum, num. 39. cum remouenda sit occasio ad malum, l. vnic. 9. & ne quis, C. de latina liber. tollenda, *Vincent. de Franch.* in d. dec. 283. num. 25. in secunda parte, & propterea de anno 1606. in sindicatu Valerij Barisani. sindicandi in terra Sancti Andreæ, fuit ordinatum per Regiam Au- dientiam Principatus ultra, quod dictus Valerius Commissarius contra foros citos, & delinquentes deponeret arma, & pendente sindicatu praedicto non vtatur com- missione ad supplicationem Vniuersitatis Sancti Andreæ & querulantium, & in dicto tempore regnabat Guberna- tor dictæ Regiæ Audientiæ, habebatque modum belli D. Georgius de Mendoza de Aragonia iustissimus: ali- quando per sindicandum op- ponitur, quod de ijs causis,

de quibus fuit querelatus sindicari non debet a sindicatori. bus, sed debet ad Iudicem cōpē. tentē remitti, cum non sint in. tuitu officijs agitatae, ideo ip. sarū cognitio ad sindicatores non pertinet, *Caraus. in vi. l. 49. in.*
98 fine, Et in ritu 295. licet ali-
tēr teneat, Clavis in sua tract.
erim, in q. 33. quod officialis
debet sindicari de omnibus
causis, & nihil allegat, dicit-
que hoc procedere de con-
suetudine, nām de causis ante
officium, vel post, vel ex-
trā officium, quae intuitu of-
ficij committuntur cognitio
ad sindicatores non pertinet,
cum spectet ad ordinarium.
99 Iudicem, Amed. Iust. in tract.
de sind. num. 171. l. iuris ordi-
nens. C. de iurisd. omn. iud. cap.
cum sit generale, extrā de foro
competenti, nām iurisdictio
100 non cōpetens non est usur-
pāda, Antonius Thesaur. dec.
Pedemont. 131. num. 2. & offi-
cialis non debet se intromi-
tere de iurisdictione alteri-
ius, Paris in verbo officialis,
cap. 2. num. 3. fol. 250. & si sin-
dicatores procederent in sin-
dicata in prefatis causis, non
101 intuitu officij agitatis per
sindicandum puniri possent
pōena usurpatæ iurisdictio-
nis, Niger. in cap. Regni inter
subiectos in rubr. de prohib.

port. armorum, n. 4. Cappella
Tolosana in q. 401. Ideò sindi-
catores debent in eorum iu-
risdictione se intromittere,
102 iuxta præcipere, & iniusta
prohibere, & cum modera-
mīne disponere, c. Ecc. 97. dist.
iurisdictio est constituta, vt
103 mali coercentur à malo,
& boni inter malos, quiete
iuuant, 23. q. 4. C. qui peccat,
&c. non fructu in fine, q. 5.
non debent sindicatores in
causis extrā sindicatum se
intromittere, Niger. in cap.
Regni, quia de Vicarijs, num. 6.
in fine, fol. 63. rubr. de non ord.
Vicarijs per substitutos, l. repe-
rita, C. de Episcop. Et cler. & si
sindicandus non contradixerit,
sed tacite corām sindica-
104 toribus se submiserit, cen-
setur prorogare iurisdictio-
nem, l. 2. §. sed si Index, ff. de
iud. & in l. sed, & si suscepit
in principio, ff. eodem, cap. in-
ter monasterium de re iud. Vāt.
in tract. de nullitat. in rub. qua-
litē sententiae, Et processus,
quod dicuntur nulli de defen-
di, seu reparari possint, nn. 76.
fol. 291. àterg. Pract. papiens.
in forma iurisdictioñis, in ver-
bo nec suisse, num. 1. idem Vānt.
in tract. nullit. in rubr. quibus
mod. sententia nulla defendi,
num. 80. Fely. in d. cap. mona-
sterium, num. 9. Socc. Iun. conf.

113. col. 2. lib. 3. Card. Alba-
nus in l. si conuenerit, ff. de iu-
risdict. omn. iud. num. 5. Ta-
men licet consentiat officia-
lis semper de causis extra fin.
205 dicatum est remittendus
ad Iudicem competentem,
l. iuris ordinem de iurisdict.
omn. iud. quando officialis
sindicandus allegauerit se
esse clericum, vel personam
Ecclesiasticam, vel in sacris
ordinibus, vel minoribus cō-
106 stitutum, est remittendus
ad Iudicem competentem,
Anna in sing. 408. Vincentius
de Franchis decis. 400. in se-
cunda parte, Grammat. in voto
18. *Clarus in sua pract. crimi-*
nal. in quest. 36. vers. quero
pone, etiam si renuntiauerit
tali priuilegio non valeret
107 *renuntiatio, & si diligent,*
de foro competenti, Anna in
sing. 408. quinimò fuit remis-
sus quiddam officialis sindi-
candus, Catasarius tanquam
108 *clericus, ut dicit, Anna in*
sing. 460. dum stabat in sindi-
catu, & de hoc valde se indi-
gnatus fuit Illustriss. & Ex-
cellentiss. Dominus Dux de
Alcala huius Regni tunc
Prorex, cum miles Christi
non possit esse miles seculi,
109 *Ioannes Vincentius de An-*
na in allegat. 93. num. 1. ideo
111 *debet esse officiales laici, &*

non clerici, nec personæ Ec-
clesiasticæ, quoniam si ali-
quod delictum faciunt, vel
aliquid iniustum gaudent
fori prærogativa, secundum
Nigrum in cap. Regni, quia de
vicarijs num. 14. rubr. de non-
111 *ordin. vicarijs, nec debent*
esse officiales extra Regnum,
miles namq; tripliciter con-
112 *siderandus est, vel cælestis*
militiae, armatae militiae, &
togatae militiae, Glos. in l. mi-
les, ff. de re iud. & propterea
miles Christi non potest esse
113 *officialis per præfata, ne-*
que miles armatae militiae,
cum miles armis vacare, &
bello debeat, & non officijs
114 *vacare, l. scimus, §. arma, C.*
de iure deliberandi ibi arma,
magis quam iura scire mili-
tes sacratissimus legislator
115 *existimauit, & quamuis of-*
ficialis reperiatur clericus,
quæ clericatus probatio ad-
mittitur per unicum testem,
116 *Anna in sing. 408. tamen,*
debet parere sindicatu co-
ram Iudice competenti, Ni-
ger in cap. Regni item statu-
mus, num. 43. vers. & ex hec
etiam inferetur in rubr. de find.
licet aliter dicat Gauensis in
rita M.C. 235. num. 13. & dum
officialis sindicandus non sit
clericus, sed laicus existenti-
bus causis criminalibus, so-
let

let coram sindicatoribus discuti de eius carceratione,
 117 nam statibus causis criminalibus, potest carcerari, Paris in verbo fideiussor officialis, c. i. quinimò etiam si essent causæ magnæ quantitatibus ciuiles officialis sindicatus debet carcerari, Amed. Iustin. in suo tract. de sindic. num. 206. fol. 67. etiam si tit. 119 metur de fuga sindicandi, deberet carcerari, quæ suspicio fugæ ex coniecturis percipi potest, secundum Marsilium in §. constante in sua pract. criminal. num. 5. & 6. ut mittendos libros, & alia bona, & inuestigando equos, ut sindicandum conducant, ac bona, Bart. in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraudem credit. num. 2. & 3. Carau. in ritu 130. & si relaxaretur forte sub iuratoria cautione sindicandus. Ficeret mandatum poenale sindicando pre-
 120 senti, quod sub pena vni-
tiarum tot, non discedat à ta-
li domo, iuxta tales fines, &
confines, quæ loco carceris assignatur, si forte discesserit fit perquisitio, & condemnatio.
 121 tur ad poenam contentam in mandato, Carauita in ritu 44. num. 13. & in ritu 158. in 2. not. Nam si fuerit aliqua ergens suspicio contra sin-

dicandum, quod verisimili-
tèr aufigere intendit non re-
laxatur modo præfato, sed carceraretur præfatus sindi-
candus in loco tuto, & hone-
sto, Carau. in ritu M. C. 170.
 num. 14. secundum delicti,
 122 & casus qualitate in perso-
næ conditionem, l. i. ff. de-
cuss. reorum, Anna sing. 357.
 & in sing. 359.
 Sed si sindicandus admisteretur
sub fideiussoria cautione de-
se presentando, debet exten-
 123 di, Anna sing. 428. coram
sindicatoribus tempore pu-
blicationis, uel expeditionis
causæ fideiussio, est capienda
habilis, & idonea, facultati-
bus risico sindicatorum, &
si reperietur fideiussor inha-
 124 bilis tenerentur ipsi sindi-
catores de proprio soluere
debitum ad quod sindicatus
fuerit forte condemnatus, &
fideiussionem, Ross. in tit. de-
carcer. fid. com. num. 70. l. i. §.
magistratus, ff. de magistr. con-
ueniend. Clarus in sua pract.
crim. in quest. 46. vers. caterñ.
Mars. in sua pract. crim. in §.
superest, nu. 9. Angel. de malef.
in sua pract. crim. in rubr. pro
quibus, & quolibet eorū, nu. 4.
 fol. 214. & non debet recipi
 125 fideiussor clericus cum cō-
tra ipsum exequi non possit,
Gramm. voto 18. quinimò etiā
esse-

effectus post delictum clericus non potest à Iudice laico puniri, Paris de Put. in tract. *sindic.* verbo clericis, n. 1. Vinc. de Francb. dec. 209. in 1. vol. quo ad personam non autem quo ad bona, ut ibidem num. 2. vers. erat notoria. Ali quando querulantes solent instare coram sindicatoribus pro habendis processibus, sive scripturis agitatis coram officiali sindicando tempore sui officij, & scripturæ præfatæ siue processus reperiuntur, vel pœnes ordinarium actuarii, uel pœnes nouum officialem, & iustitia apparet ex præfatis processibus. Quærulantes debent formare infra scriptum libellum.

Coram sindicatoribus ad 126 talis, exponunt tales de talibus querulantes, qualiter exposuerunt plures querelas diuersorum delictorum contra prænominatum sindicandum, et quoniam iustitia ipsorum querulantium apparet dictarum causarum, in processibus agitatis in officio per prælibatum sindicandum reperiuntur in possess. talis de tali actuarij, uel talis de tali successoris officialis, petunt propterea præ-

fatos detentores dictorū processuum dicarum causarum, coggi, & compelli, iuris, & facti remedij necessarijs etiam per capturam personæ ad exhibendos mentionatos processus sindicatoribus in sindicatu prædicto facientes, ne retardetur cursus sindicatus, offerentes iustum salariū soluere taxandum recuperādum tamen à succumbente, omni modo meliori, etc. Sindicators uero presentata supra scripta petitione debet subscriptam Regiam prouisionem facere.

P H I L I P P V S D E I
GRATIA REX, &c.

A Dominem instantiam, & requisitionem supradicto. rum querulantium siue, etc. 128 Mandetur tali de tali officiali Capitanco detectori subscriptorum processuum subscriptarum causarum, ac tali de tali actuario, sub pœna vntiarum auri 25. Regio Fisco etc. quatenus per totum hodiernum diem debeant, & quilibet ipsorum debeat exhibere, coram nobis subscriptos processus subscriptarū causarum, iusto tamen salario per nos suminariè taxando, ut possit in sindicatu talis offici-

Sindicatus officialium

²⁴ **Officialis** sindicandi de iustitia prouideri citentur, et referatur in forma. Datae in Ciuitate præfata, die tali, & mense, et anno tali, tali hora, & intimata præfata prouisione personaliter, si negaverint ad subterfugiendum, & dilatandum mentionatos processus habere. Debent sindicatores ad eorum instructionem examinare duos, vel tres testes ad conuincendum eos habere mentionatos processus, suisse agitatos per eundem sindicandum tempore sui officij, et non requiri ritur citatio, Bald. in l. si qua per calumniam, vers. sed pone, c. de Episc. & cler. quæ summaria informatione capta pro pena detentor circa tur ad penam in mandato contentam, et condemnatur prospredo mandato est certiorandus percepto, proueturum Regij Fisci pro exactione poenæ præfatae, ut dicam infra in n. 220. quæ iurisdictio est concessa sindicatoibus, sine qua sindicatus fieri non posset, ideo omnia censentur permissa, sine quibus iurisdictio explicari non posset, l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procuratoribus, Guido Papa in

sua decisione 338. num. 4. et licet Caran. in ritu 295. n. 28. dicat, quod sindicatores possunt telios citare tantum, sed non carcerare, et mulctare, et punire, quod est absurdum, et talis iurisdictio sindicatoibus concessa, esset inanis, ¹³² tamen sindicatores habent merum, ac mixtum Imper. à Rege cōcessum vigore Reg. Pragmaticæ, Regiæ dignitati, in rub. de sind. off. vt dicit, Paris de Put. in tract. sind. in rub. de off. sind. §. Iudices, col. 2 vers. sindicatore, l. 1. c. vt omnes Iudices, & in authent. vt Iudices sint quoque suffragio, §. recessitatem, Niger in cap. 2. Regni, incip. Item statuimus, num. 54. rubr. de sindic. in tan-¹³³ tuin, quod qui habet merum, et mixtum Imperium potest carcerare, punire, & mulctare, Boss. in tit. de foro compet. num. 2. et concessio mero Imperio imponitur pena mortis, vt dicit Vincent. de Branch. dec. 275. num. 1. id 2. volum. Niger in c. regni, quia de vicarijs, num. 6. in fin. rubr. de non ordinad. vicarijs, Mars. in sue pract. crim. in §. attingam, num. 77. Ideò sindicatores possunt Aquarium carcerare, punire, et mulctare, ac testes, immò de ann. 1587. ¹³⁴ in sindicatu V.I.D. Io:Mi. chaclis

chaelis Luparellæ sindican-
di, dum præfatus sindican-
dus fuisset à præfato Nota-
rio Donato Cefula querula-
tus, de retardata, ac denega-
ta iustitia, pro habendo cer-
tos processus, conuolauit ad
M.C.V. ad obtainendas pro-
visiones, quod Capitaneus
successor detentor processuum
in quib⁹ apparebat delictum
præfatum daret, & consi-
gnaret sindicatoribus pro-
cessus præfatos, noluerunt
Iudices M.C.V. prouisiones
firmare, ex quo dixerunt,
135 quod sindicatores possunt
talem prouisionem facere
pœnalem, quod Capitaneus
confignet mentionato pro-
cessus sindicatoribus, & fa-
cta prouisione per sindica-
tores, quod Capitaneus sub
pœna ducatorum mille con-
fignet mentionatos processus
sindicatoribus, statim
ipsa intimata consignauit
processus sindicatoribus exi-
stente Actuario experto sin-
dicatorum Vito Gamba in
Ciuitate S. Angeli Lombar-
dorum. Durostante Gaeta
legum professore consulto-
re, quod nota, quia quotidiè
cuenit, & ita fuit semper ob-
seruatum per omnes sindica-
tores prædecessores, quod ab
136 oīnnibus fit, censetur legi.

timè fieri, ut dicit *Glosa in*
l.certi, §. si nummos, in verbo
quotidie, ff. si certum pet. &
quod fit secundūm solitum,
137 et consuetudine in censetur
legitimè fieri, l. de quibus, §.
inueterata, ff. de legib. *Anna-*
sing. 690. et exhibitis proces-
sus sunt Actuario restituendi
138 copia ipsorum coram sin-
dicatoribus relictæ, in actis
sindicatus, *Carau. ritu 176.*
salario taxando per consul-
torem sumptibus succumbē-
tis, si verò causæ erunt cri-
minales, et non fuerint sopi-
tæ, vel publicatæ, datur co-
139 pia non nominatis inqui-
sitio, et ita fuit obseruatum,
ideo est obseruanda prouin-
ciæ consuetudo, *Glos. in capi-*
tulo illud 12. distinct. in verbo
et legatus seruabit consuetu-
dinem, et est faciendum,
quod sèpè est factum, l. i. c.
qua sit longa consuetudo, l. qui
luminibus, ff. de scrut. præd.
Vib. ban. l. i. ff. de aq. plu. arc. glo.
in l. iubemus, C. de iudic. in ver-
140 b. secundo nota, nam deli-
cta non debent remanere im-
punita, l. item vulneratus, ff.
ad l. Aquil. l. congruit, ff. de
off. præsidis, causas infra duos
angustales pupillorum, or-
fanorum, viduarum, et alia.
141 rum personarum miserabi-
lium, sindicatores debent ex

non scripto decidere verbo.
tenus, Bart. in l. in sacris, C. de
phox. sac. lib. 12. num. 3. Paris
de Put. in tract. sindic. in rubr.
libellus qualiter formetur in
sindicatu, c. 2. num. 6. cart. 232.
at erg. & non requiritur libel-
lus, Glos. in c. 1. de libelli obla-
tione in verbo sed illud; nam
causa parua, seu modica di-
citur a duobus angustalibus
infra, Afflict. const. quicunque
mulierem, & duo angustales
sunt triginta caroli, Niger
in cap. Regni ad hoc de furtis,
num. 130. Glo. in authent. nisi
breuiore, C. de sent. ex breu. re-
cit. Paris de sind. in verbo offi-
cialis, cap. 3. num. 4. cart. 100.
& querelę ipsorum recipiu-
tur absque solutione sportu-
larum, Marinta in suo spec.
in 9. dist. princ. rubr. ut indi-
cium mercatorum, num. 196.
Glos. in cap. statutum, §. insuper
de rescrip. in 6. & pro præfa-
tis personis aduocatus po-
test compelli ad suscipien-
dum patrocinium, Glos. ibid.
in verbo pauperes; immo gra-
tis debet patrocinium præ-
stare pro paupere dicit,
Glo. in supradicto citato capi-
tulo in verbo an autem hoc ca-
su, & recipiuntur prefatae
querelæ per sindicatores ab-
sque forma, l. libellorum, ff. de
accusat. Paris. de sindic. in ver-

bo libellus, qualiter formetur
in sindicatu, nam si in istis
modicis causis modicę qua-
titatis procederetur ordina-
rię, in scriptis in sindicatu,
plus partes impenderent,
146 quam esset sors principa-
lis, quod est euitandum, Bart.
in l. mediterraneæ, C. de annon.
& tribut. lib. 10. Grammat. in
conf. crim. quinquagesimo, &
propterea sindicatores in
istis causis debent partes red-
dere ad concordiam, cum
sequi debeant iustum arbit-
rium inter partes rem per
medium diuidere in dubijs
quaestionibus, Rota Auenio-
nen. dec. 122. Glos. in l. ne sen-
nissus, ff. de neg. gestis, nam Iu-
dex debet iudicare per me-
dium cum bona conscientia,
in fauorem utriusque Petrus
de Anchiar. in conf. 210. inter
contraria, Boer. decis. 42. n. 39.
& dec. 155. n. 27. Capic. dec.
176. in causa Dom. Domicij n. 34.
& sindicatores quantum
147 possunt debet partes red-
ducere ad pacem, & ad com-
munem concordiam, nam
debemus amare proximum
148 sicuti nos ipsos, cap. debet
homo 23. quest. 4 cum dubius
149 sit euentus litis, l. quod de-
betur, ff. de pecul. namquæ est
150 iudiciale certamen, Alber.
de Rosata in l. fin. ff. de postnl.
Gram-

Pars Prima.

- Grammat. dec. 80. l. adlocuti, 156 p[ro]p[ter]is, C[on]fesa in §. illud in verbo mortis, in authent. vi Indees sine quoque suffragio, Clarius in sua praet. crim. quæst. 68 vers. iniurians, immo post fin. 23
- ¶ 151 igitur debet eligi viri probi optimæ doctrinæ, & con-
152 scientiæ no[n] interessati, cum ob pecuniam præsumatur omnia mala facere, Paris in tract. Sindic. in verbo officia-
lis, cap. 3. num. 3. & propterea dignitates, & officia debent conferri propter virtutes, &
153 merita, Boff. in titulo de am-
bitiosis, nu. 1. 3. & 5. & quam-
uis officialis sindicandus de-
positavit officium, & pareat
sindicatui debetur eadem re-
merentia, ac si esset in officio
duraat dignitatis reliquæ,
Bald. in l. proficisci, col. 4. q. 7.
154 ff. de off. procons. Fabius de
Anna in repetit. constit. Regni, se quis aliquem, num. 27. & 28
Paris de Put. in suo tract. de
sind. in verbo Iudices ad sindi-
catum, cap. 2. num. 16. fol. 95.
155 quini mino Capitancus di-
citur habere altum caput re-
spectu dignitatis aliarum
personarum, Andr. de Iser. in
rub. de his, qui feud. dare pos-
sunt, & qui non in 2. col. vers.
item dant, Jacobutius de Fran-
ch. in tit. præfato, num. 2. & of-
fendens officialem tempore
sindicatus punitur pena ca-
- 156 dicatum intuitu officij, &
cōtemplatione officij eadem
pœna est puniendus, Vincen-
tius de Franch. dec. 403. num. 7.
in 2. fol. secus est in actuarijs
153 curiaruin, qui non sunt of-
ficiales, neque habent digni-
tatis reliquias, sed solum au-
toritatem scribendi, dictan-
di, & examinandi testes, Ca-
rauita in ritu 9. nu. 4. quam-
uis officiales actuarij large
modo dicantur impropriæ,
159 dicantur officiales, Carauita in ritu 295. num. 19. n[on]am., qui iurisdictionem non exer-
cit officialis dici non potest.
Andreas de Isern. in tit. quæ
sunt regalia, vers. ad iustitiam
ministrandum, columnia prima
vers. strieto vero modo, Vincen-
tius de Franch. decis. 407. n. 5.
Carauita in ritu 49. num. 23.
& ideo cum actuarij non di-
161 cantur officiales Barones
possunt cognoscere de deli-
ctis ipsorum, Vincentius de
162 Franch. decis. 407. volum. 2.
sed de delictis officialium.
Barones cognoscere nō pos-
sunt, Carauita in ritu 49. 5 r.
& ritu 61. ubi M. C. de deli-
ctis officialium cognoscit, li-

Sindicatus Officialium

- 28
- cet dicat, *Ioannes Vincentius de Anna*, quod de delictis Actuarij M. C. recognoscit, ut in sing. 43. incip. *Baiulus*, fol. 202. ubi fuit decisum in.
- 163 Sacro Reg. Consilio, quod de delictis actuarij M. C. cognoscit, & licet actuarij teneantur stare, & parere sindicatu, non debent parere
- 164 sindicatu ut officiales, sed tanquam actuarij capitulum Regni incip. Item, quod praediti officiales, & est capitulum 283. & non includuntur
- 165 actuarij Sacri Regij Consilij, & Regiae Cameræ Sum. mariæ, Magnæ Curiæ Vicariæ, postquam sunt perpetui, *Carauita in ritu* 295 n. 19. sed visitantur praefati actuarij, à Domino Generali Visitatore, & pendente sindicatu officialis sindicandus, seu
- 166 actuarius sindicandus à loco, in quo geritur, sindicatus discedere non potest, alias terminus non concurret, *Niger in cap. Regni*. Item statuimus, rubr. de *sindicatu*, num. 7 & num. 45. in fin. cum debeat personaliter stare, & permanere, l. *sancimus*, C. de *testam.* ibi stare, & si forte sindicandus officialis ad dilatandum sindicatus appellaret ab aliquo incidenti, non retardatur cursus sindicandus, nisi
- à superiori inhiberetur, *Carauita in ritu* 159. num. 12.
- 168 quoniam si essent superiores prouisiones presentatae, aut intimatae ligarentur manus sindicatorum, *Anna alleg. 99. num. 4.* non potest dici de nullitate incidentis interlocutorij decreti, à quo decreto interloquitorio fuisse per partem appellatum, *Ioannes Vincentius de Anna in sing. 33. Guid. Papa dec. 436*
- Sindicandus namque officialis, tunc potest à sindicatu discedere relichto procuratore
- 169 instrueto, quando non sunt querelæ criminales, *Ioannes de Amicis in conf. 138. Iustin. in suo tract. de sind. num. 213. fol. 94. Paris de Put. in tract. sind. in verbo procurator, nu. 5*
- 170 in criminalibus vero procurator non admittitur, *Bar. in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. Carau. in ritu* 106. & in ritu 109. nam si in praefatis criminalibus causis potuisset sindicandus discedere relichto procuratore instrueto, prout in causis ciuilibus, si ad aures sindicandi peruenisset, ex aliqua causa criminali se fuisse damnatum au-
- 171 fugeret, iudicium efficetur, elusorium contrâ l. si praetor, ff. de iudic. & propte-
- 172 rea officialis non potest admitti

mihi ad aliud officium exercendum, nisi demonstratis litteris liberatorialibus pristini officij, *Carauta in ritu 295 num. 8. & 30. & in cap. Regni Item statuimus, Rubrica de sindic. offic. nu. sexagesimo primo*, & propterea sindicatores non possunt procedere in sindicatu officialis sindicandi non existentibus causis criminalibus, licere sindicando discedere relicto procuratoro
 173 re instructo, & alia officia exercere, pendente sindicatu causarum ciuilium, cum hoc spectat ad Regem, *Niger in cap. Regni. Item statuimus, rubr. de sindic. num. 61. quinim-*
 174 mo Rex potest dispensare, quod officialis sindicatum pendente possit alia officia exercere, ut ibidem cum Rex
 175 possit facere leges, & constitutiones, etiam contraria ius positivum, secundum *Matttheum de Affl. in prælud. constitut. Regni, num. 32.* & potest ius positivum tollere, & alterare, poenas iuri positivi, c. p. in *causis*, & ibi *Abb. de re ind. Anna in alleg. 49. n. 10.* potest facere gratiam condemnatis, *Anna sing. 458.* &
 176 propterea sindicatores non possunt facere præfatum decretum, quod pendente sindicatu causarum ciuilium

liceat sindicando alia officia exercere, cum hoc spectet ad Regem, ac suos Regios officiales, ideo de anno 1597. dum extitisset querulatus Dominus Petrus de Cabrer Neapolitanus a quibusdam atellarnis in sindicatu pendente appellatione. interposita in Magnam Curiam V. carie per eundem Dominum Petrum fuit obtentum, quod liceat præfato Domino Petro alia exercere officia, & obtinuit prouisiones in ban.
 177 cha. Magnæ Curiæ, & præfatis incidentibus in sindicatu decisio dato termino probatorio ad probandum in ciuilibus causis, & factis contestationibus litis in causis criminalibus in toto sindicandi sindicatu ad instantiam tam sindicandi, quam querulantium solent citari testes, ad deponendum veritatis testimonium, opus est, quod continentur, procuratores querulantium ad videndum testimonia iuramenta, cum sint domini litis, *Bartol. in l. procuratori- bus, C. de procurat. & principlis est citandus, l. iurisiurandi, C. de testibus, alias depositiones testium essent nullæ, l. si quando. C. de testibus capitulo 2. eodem titulo, Roman. in conf. 192 num. 3. & quilibet testis*

testis in sindicatu est exami-
nandus in secreto vnu post
alium coram sindicatoribus,
179 & subscribant depositionē
ad tollendas falsitates, secun-
dum Clar. in sua pract. crimin.
in q. 53. vers. quintus est casus,
180 in fine, & testes debent red-
dere causam scientiae alias
181 non probant, l. solam, C. de-
test. & debent dicere verita-
tem pro utraq; parte, Vinc. de
Branch. in dec. 222. nu. 7. in 1.
volum. Carauita in ritu 235.
nu. 3. Capic. decis. 39. nu. 2. cum
veritas sit amanda, l. cum ita
begatum, ff. de condit. & demō-
183 strat. proditor namque di-
citur, qui veritatem liberē
non pronuntiat, c. nolite ti-
mere, 11. quæst. 3. glosa in ver-
184 bo prediter. & qui tacet ve-
ritatem falsum committit. Boſſ. in tit. de fals. num. 166.
Angel. de malef. in verbo fal-
sario, nu. 9. fol. 236. l. Presby-
185 teri, C. de Episc. & Cler. &
l. qui sequitur veritatem, se-
quitur Deum, cap. quisquis i.
q. 3. & propterea dicta testiū
sunt integrè scribenda per
186 extensum, tam pro Fisco,
quam contra Fiscum, Niger
in cap. regni si cum sceleratis
nu. 37. in rubr. de praf. M. C. V.
& in authent. sed index. C. de
Episc. & Cler. Glosa in verbo
qua. nam Isidorus, de sum-

mo bono exclamat, vt om-
nia ingenia, astutias, & cal-
licitates superet, & seipsum
contra fīta, simulataq; fig-
187 meata tuetur, & idē a-
ctuarij debent scribere purā,
& purissimam veritatem, ,
prout testis deponit integrè,
& ne dāmet animam suam.
Debetque Iudex sindicatorū
188 animaduertere qualita fi-
des testibus sit adhibenda.
l. 3. §. ideoque, ff. de test. nam
189 testibus interessatis null-
est, est adhibenda fides, l. de-
ferre. §. item decrenerunt, ff. de
iure fisci. Grammat. decis. 73.
190 nu. 28. nec mediatori affe-
renti officiali dedisse pecu-
niaria nomine querulantis,
August. Dulc. in tract. sindic.
nu. 31. Rot. Bonon. decis. 6. nec
191 testibus in sindicatu haben-
tibus commodum. Boſſ. in tit.
de opposit. contra testes nu. 12.
192 & 127. nec consanguineis
querulantis, l. parentes, C. de
193 test. nec testibus odiosis, &
inimicis sindicandi, §. si vero
odiosus, in autb. de testib.
194 cum inimici facile mena-
tur, secundum l. l. §. præterea,
ff. de quæst. l. inimicitia, ff. bis
quibus, vt indig. & in autb. de
test. §. si vero odiosus, nec prin.
195 cipalibus deponentibus in
facto proprio, l. omnib. C. de-
test. l. nullus, ff. cod. tit. Felyn. in
cap.

196 cap. cum à nobis de test. periuris, Boss. in rubr. de iudicis, & considerat. ante torturam, nu. 158. fol. 102. à tergo. Nam periurium tollit omnē finem, neque negotiorum.
 197 gestori, Bald. in conf. 50. in 2.
 198 vol. circa medium, nec famulis querulantis, Rom. in
 199 conf. 20. circa medium neque domesticis, l. etiam, c. de test. secus in teste honestae vītæ, neque testibus inquisitis,
 200 aut à sindicādo carceratis, Amed. Iustin. in tract. sind. nu.
 190. Testesque namque debent esse omni exceptione
 201 maiores, contra quos nulla possit regiuersatione velari, Bart. in l. admonendi, nu. 36. de iure iur. quia immò contra sindicandum officialem in sindicatu, probationes debet esse meridiana luce clariores, l. sciant cūcti, c. de probat.
 202 & quamuis sit Iudici arbitarium si vult testibus fi-
 203 dem adhibere, tamen quādo testes non sunt integri, Iudex non debet fidem adhibere, Cornel. in conf. 55. videatur in hoc fine, 4. vol. glosa in §. item verborū instit. de inutil. stipul. in verbo, vel per testes idoneos, & debet iudex se in-
 204 formare, de conditione, & qualitate testium, ut per Grammat. decis. 45. nu. 14. &

veritatē inuestigare, secundum Paulum de Castro in cōs.
 205 vt refert Grammat. decis.
 34. nu. 2. & examinatis testibus, tam querulatiū, quam sindicandi solent instare, quod fiat publicatio, nam si instanter fieri debet in qua libet causa cum tot sunt sum. mæ, tot sunt causæ, Anna alleg. 136. l. scire debemus, ff. d. e verbor. oblig. & formato pro-
 206 cessu sit publicatio præfa- ta, secundum Annam in alleg.
 2. nu. 12. & si publicatio o- mitteretur in sindicatu, non 207 vitiarentur acta, Amedeus Iust. in tract. sind. nu. 199. vers. an autem publicatio fol. 69. at. & si una partium petierit fieri declarationē formiter, circa usum testium in causa sindicatus, in causa criminali 208 nō debet fieri, sed in ciiali, Anna in alleg. 2. in proprijs terminis, & in sindicatu pre-
 209 fato non requiritur con- clusio, ut voluit Amed. Iustin. in suo tract. sindic. nu. 31.
 210 nec potest deferri supplectorium iuramentū in causa sindicatus si aliquis deferri sibi petierit postquam sumus in materia odiosa, Amed. Iust. in sua tract. de sind. num.
 187. Paris in verbo probatio cap. 2. num. 4. fol. 274. à tergo. Sed si sindicandus officialis

Sindicatus officialium

timore duabus, vel odio aliquo alicuius querelantis, vel alicuius ex causa, à sindicatu aufugerit sindicandus de præfata fuga est capienda
 211 informatio, & citadus est fideiussor ad præsentandum prælibatum sindicandum, sed si assignata erit aliquam domus loco carceris fiet perquisitio, & condemnabitur ad pœnam contemptam in fideiussione, ac eius fideiussor, vel ad pœnam in mādere contemptam, & certiorabi-
 212 tur præceptor prouetuum Regij Fisci M.C.V. pro exactione pœnæ, & sindicandus declarari debet pro concessione in omnibus querelis, *Niger in cap. Regni. Item statuimus rubr. de sindic. num. 9. Paris de Put. in tract. de sindicatu in verbo fuga officialis, c. i. car.*
 189. & statur sacramento partium, *Boss. in tit. de offic. pe. tun. corrupt. num. 16. in sua præt. crim. Boer. dec.* 215. sed si sindicandus aufugerit ad aliquam Ecclesiæ pro fugiendo à sindicatu, an debeat gaudere immunitate, cum nemo debeat ab Ecclesia intuitus extrahi, nisi in casibus à iure permisis, *c. Regni. Item statuimus, quod Ecclesiæ, rub. quod non extrahantur ab Ecclesia, l. 2. & l. presenti, c. his*

qui ad Ecclesiæ configiunt, c. inter alia, extra de immunit. Eccles. Paris de Put. in tractatu sind. in verbo officialis, c. 8. fol. 184. num. 6. Foller. in sua præt. crim. in fragmen. num. 22 & ideò de anno 1598. in sindicatu Cæsaris Bacca de terra Cossani, olim Capitanei Sancti Mennæ, & in sindicatu Girardi Palloctæ V.I.D. olim Capitanei ciuitatis Ra. pollæ de anno 1603. & in sindicatu Ioannis Hieronymi Fasani olim Capitanei Terræ Caletri de anno 1607. Qui prænominati sindicandi aufugerunt à sindicatu pendente sindicatu à dictis locis, & seruatis seruandis declarauit eos pro confessis in omnibus querelis expositis per querelantes, & prouidi, quod præfati sindicandi asportetur iniuiti ad parendum sindicatui 214 in loco administrati officij, & fuerunt expeditæ literæ de capiendo in forma, vt pareant sindicatui coram sindicatoribus, & extrahan- tur eorum sumptibus, secundum Bar. in l. cirenensium, c. de decurionib. lib. 10. Paris de Put. de sind. in verbo officialis, cap. 3. num. 5. vers. reducitur car. 101. sed si sindicandus conuolauerit ad Magnum Curiam Vicariæ, vel ad aliud

Re-

Regium Tribunal, non dicitur fugere, quoniam itineris abrectio ad Iudicē, ad quem habetur loco appellationis,
 215 Boer. decis. 215. sed si sindicandus latitauerit, & noluerit parere syndicatui fideiussor, qui pro eo fideiussit in
 216 ingressu officij, de stando, & parendo syndicatui in fine officij, si sindicus, & electi, vel alij ciues prætēdāt, quod officialis pareat syndicatui, citari debeat fideiussor addicendum causam; quare non tenetur soluere pœna in fideiussione contentam vntiarum tot, nam erat obligatus præcisè, ut officialis staret, & pareret syndicatui in fine officij tenetur obseruare iuramentum, & factum, Guido Papa dec. 627. Rota Auenion.
 217 dec. 108. num. 8. nam iuramentum est obseruandum in forma specistica, cap. ad normam de iureiur. Bart. in l. amplius non pet. ff. rem ratam h. 1. beri, num. 13. Alexan. in conf. 19. 2. volum. & præfatum iuramentum appositum in
 218 dicta fideiussione habet patratam executionem, l. 3. ff. de iureiur. Carauita in ritu 183. num. 2. Hippolyt. in sing. 356. iuramentum, Boer. dec. 295. num. 9. & iste fideiussor præcedētibus legitimis actis po-

test condemnari ab offici ordinario ad pœnam in fideiussione contemptam, nam fideiussio ipsa erat stipulata coram officiali ordinario, coram eo erat incusanda fideiussio, l. vbi acceptum, ff. de iudi. sed quando officialis sindicandus, & eius fideiussor citantur ad præsentandum pro aliqua causa syndicatus, & vigore fideiussionis condemnantur ad pœnam in fideiussione contemptam, vel fortè syndicandus cōdemnatur ad pœnam pro spreto 219 mandato syndicatores debent de pœna præfata corrigerare Perceptorem prouētum Regij Fisci, cum istæ pœnæ sint fructus Regiæ iurisdictionis Regij Fisci, Anna in allegat. 53. nu. 22. Boer. dec. 224. num. 6. certioratio debet esse infrascripti tenoris subsequentis.

Forma certiorationis facienda per syndicatores Praeceptori prouentuum Regij Fisci.

P H I L I P P V S D E I
G R A T I A R E X, &c.

N Os talis de tali, & talis tali syndicatores deputati, & electi per Ciuitatē talē, siue
E per

Sindicatus Officialium

34 per eius Sindicum , & Ele-
ctos, Deputatos de regimine
220 præfatæ Ciuitatis ad sindi-
candum talem de tali V.I.D
olim Capitaneum prælibatæ
Ciuitatis asserimus, dum per
nos sindicatores præfatos
fuerint prefixus terminus die-
rum 20.ad porrigendum que-
relas contrâ eundem sindi-
candum , infra quem termi-
num nonnullæ criminales
querelæ per nonnullos que-
rulantes fuerint præsentatæ,
& propositæ diuersorum de-
litorum,& cum erat proce-
dendum ad contestationem
litium præfatarum querula-
rum contrâ sindicandum ip-
sum requirebatur præsentia
sindicandi principalis que-
rulati,& inquisiti , ipse tan-
dem citatus in domo eius so-
litæ habitationis, ac talis de
tali eius fideiussor nullaten-
nus comparuerunt , nec ali-
quis pro eis, fuerunt seruatis
de iure seruandis condemna-
ti ad pœnam vntiarum auri
quinquaginta in fideiussione,
contemptam,& dum intersit
Regij Fisci pœnam præfa-
tam vntiarum auri quinqua-
ginta exigere,& exigi facere
a prænominatis, & condem-
natis, ea propter tenore præ-
sentium rescribendum , &
certiorandum vobis D. Per-

ceptori prouentuum Regij
Fisci duximus , vt præfatam
pœnam exigatis , annotetis,
et describatis in libro prouen-
tuū dicti Regij Fisci,in quo-
rum omnium fidem has pre-
sentes describendas ordinau-
imus per nostrum sindica-
tus actuarium ordinarium,
& nostris proprijs manibus
subscriptas , & sigillo Uni-
uersitatis prædictæ solito .
Robboratas in Ciuitate præ-
fata,die tali,& mense,& an-
no,subscribantur literæ præ-
fatæ, & sigillentur in forma
supra prælibatae literæ scri-
bentur Magnifici Percepto-
ri prouentuum Regij Fisci
Magnæ Curiæ Vicariæ , &
responsum ipsius habitum
conseruetur in actis cōdem-
nationis sindicatus, sindica-
tores statim debent confi-
cere inuentarium in benefi-
cium Regij Fisci,ne bona ip-
sorum sindicandi, & fideiuss-
oris occultentur , & bara-
tentur, Bart.in l.post contra-
etum circa fin. ff.de donat. Af-
flit. in const. grandis in 7. no-
tab.in fin.& ita obseruatur in
222 contumace, quando est cō-
tracta contumacia alicuius
inquisiti,statim Fisco acqui-
ritur tertia pars mobilium,
vt habetur in dicta constitut.
grandis,Affl.in constit.pœnam
nouem

*nouem vntiarum in 4. notabil.
& bona inuentariata non
possunt per inquisitum , aut
condemnatum alienari, Fol-*

*ller.in sua pract. crimin.in rub.
annotentur bona,num.5.in fine
fol.29.aterg. Et inuentarium
est conficiendum etiam de
iure communi , vt in l. i. in
verbo adnotandus , & l. se
quenti, ff.de requir. reis,l. i. C.*

*223 eodem , quo inventario fa
cto , bona sunt consignanda,
alicui depositario diuiti ho
mini, & tuto , Clarus in sua*

*224 pract. crim. quæst. 44. vers. sed
bodie,Carau.in ritu 21.num.31.
causæ sindicatus non debent*

*decidi per sindicatores Do
ctoratores,nam causas sindicatus
in coniunctu decidendi spectat , ad*

*225 consultorem eligendum de
locis conuicinis non suspe
ctum ad tollendam suspectio
nem,Pand.in tract.sind. quæst.
28. in fine Reg. Pragm. Regiæ
dignitati de sind. Franc. Marc.
dec.456. num. 11. nam sindi
catores non possunt officio
sindicatorum fungi , et con
sultoris, vt dixi supra nn.53.
cui formæ Regiæ Pragmati
cæ , Regiæ dignitati , facto
hominum non potest deroga
ri,l.ius publicum,ff.de part.
Carauita in ritu 248. num.9.
vt dixi supra num.22. & pro
pterea ad remouendam su.*

suspitionē sindicatores de
226 bient terminum præfigere
sindicando,& querulantibus
ad producendam listam su
spectorum,Capyc. decis. 138.
in fin. Anna sing. 274. cap. sta
tutum , §. assessorem in verbo
suspectu de rescript. in 6. &
suspicio generalis non ad

227 mittitur , Anna sing. 276.
& electo consultore sindica
tus non suspecto , mittunt
nuntium sindicus , & electi,

228 & sindicatores ad inuo
candum sumptibus Vniuer
sitatis potentis,Decius in l.fin.
colum. fin. vers.& generalitè
num. 6. ff. de off. assessor. Vin
centius decis. 332. num. 3. in 2.


volum. literæ autem fiunt à
præfatis sindico , & electis
Vniuersitatis cum sigillo ip
sius , ad inuocandum consul
torem pro decisione causa
rum sindicatus , & si forte
prefatus electus consultor re
periretur absens , vel mor
tuus, est eligendus alter con
sultor non suspectus , & ac
cessito consultore electo,sin
dicus,& electi debent recipi
re prefatum consultorem ,
eique omnia cibaria subini
nistrare sumptibus vniuersi
tatis , & si non venerit ad lo
cum, in quo geritur sindica
tus transmitti debent proces
sus aduocandum ad eumdem

Sindicatus Officialium.

consultorem electum , sed
melius est , vt veniat de per-
sona consultor , postquam
potest à partibus per viam
iustitia causarum peruerit ,
Maranta in sua pract. in rubr.
quando appelletur in 2. actu
principal i, num. 9. in fin. ne oc.
cupentur per viam in stratis
229 processus votandi sindica-
tus , & est remouenda huius-
modi occasio ad malum ,
Vineant. dec. 283. num. 25. in 2.
parte , & accessito consulto-
re ad Ciuitatem , in qua sin-
dicatu geritur sindicandus ,
230 procuratores sunt citandi
tanquam domini litis , *Bart.*
in l. procuratoribus, C. de pro-
curat. Foller. in sua pract. cri-

minal. rubr. & si confitebun-
tur, num. 63. & existens in
domo , in qua sindicatores
reggunt iustitiam sindicatus
debent discutere aduocati , &
procuratores partium cau-
sas sindicatus cum consulto-
re, Spec. in titul. de disputat. &
allegat. cum magis ipsa veri-
tas elucescat , *Ludon. Rom.*
conf. 479. num. 3. Arist. I. lib.
Topic. & I. Cæli tex. 100. & 3
Metaph. & I. de Anima, text.
19. & 13. Metaph. Foller. in
sua pract. crim. in tit. studeat se
ornare, num. 33. In Secunda
Parte cum Dei Omnipoten-
tis gratia causarum merita
sindicatus discutiemus , & di-
sputabimus .

Finis Primæ Partis Praxis Sindicatus officialium
ordinis iudicarij.



SECVND A PARS³⁷
P R A X I S
S I N D I C A T V S
. O F F I C I A L I V M .



Disputatio causæ ciuilis inique, & malè iudicata, per officialem sindicandum.

QVANDO Iudex ini-
què, seu iniustè iudi-
cauerit causam ciui-
lem, per imperitiam,
vel imprudētiā tenetur ex
quasi maleficio, & facit li-
tem suam, nām iudex cognos-
cens inter me, & aduersa-
rium meum, per suam impe-
ritiam, seu imprudentiam
contrā iustitiam meam pro-
nuntiauit, credens de me,
æquum facere, iste iudex di-
citur facere litem suam, hoc
est damnum alterius, in se
transferre, in id etiam mihi
tenetur, in quo per imperi-
tiam, seu imprudentiā suam
me læsit, secundum Gl. in §. 1,

inst. de obligat. quæ quasi ex
delicto nasc. in verbo exem-
plum est, l. fin. ff. de var. & ex-
traord. cognot. l. ex maleficis
§. si iudex, ff. de act. & oblig.
Bart. in l. de eo, C. de pen. iud.
qui malè iud. Glos. in c. inter
cæteras, vers. & si per iniur-
iam iudicis, extra de sentent.
& re iud. & tenetur ad litis
sumptus, & ad interesse, &
damna, si iudicauit per do-
lum tenetur in totum, Bart.
in dicta l. de eo, C. de pæna iud.
qui malè iud. num. 2. & 3. sc-
cūs si iudicauit per imperi-
tiam, & imprudentiā iuris
errauit in iure fuit lata cul-
pa, l. late, ff. de verb. signif.
Bart.

Bart. in l. quod nerua, ff. de pos-
fit. in 10. quæst. l. regula, §. pe-
nult. ff. de iur. & facti ignor.
Amedeus Iustin. in suo tract.
sind. num. 122. fol. 55. Dynus
in regula ignorantia, de reg. iu-
ris in 6. n. 4. Dyn. in reg. non est
sine culpa, de reg. iuris in 6.
num. 1. & dicitur dolus præ-
sumptus, secundum Bal. in
cap. 1. §. iudices, colum. 1. de-
pace, & iur. firm. l. si filius fa-
milia, ff. de iudic. Bart. in l. le-
ges, C. de legib. num. 2. et pro-
pterea iudex non potest va-
riare iuris dispositionem,
postquam iuris dispositio sit
invariabilis, idcirco iudex
eius sententia non potest mu-
tare, nec etiam ius partium,
Paris in verbo iudex, cap. 2.
num. 8. & dum iudex officia-
lis iniquè, & iniustè per im-
peritiam causam ciuilicam iu-
dicauerit libellus in sindica-
tu, non debet concludere, pu-
ta peto iudicem condemnari
ad decem, quoniam esset ine-
ptus, & non valeret Paris de
Put. in tract. sind. in verbo in-
dices ad sindicandum, cap. 2.
num. 11. fol. 95. & libellus
ineptus in sindicatu non con-
validatur per probationes,
argumento, l. in causis, C. de
accusationibus, ideo debent
poni illa verba, peto con-
demnari, prout æquum ve-

stræ religioni videbitur, se-
cundum dictam Glosam; in
dicto §. primo, institut. de obli-
gatione, quæ quasi ex delic. na-
sc. & debent poni illa ver-
ba omni modo meliori, 10:
Vint. de Anna in allegat. 35.
num. 6. Maranta in rubr. recte
concep. libellus nu. 16. in libel-
lo autem ciuili non debent
poni clausulæ legis libello-
rum, ff. de accusat. quoniam
non vitiatur, secundum Paris
de Put. in tract. sind. in rubr.
qualiter formatur libellus, in
sindicatu nu. 3. vers. si velis ci-
uiler agere, libellus vero
criminalis debet formari,
iuxta formam legis libello-
rum, ff. de accus. describendo
omnes circumstantias, Clar.
in sua pract. crim. in quæst. 10.
vers. scias autem, Paris in di-
cta rubr. qualiter formetur li-
bellus in sind. & propterea de
anno 1608. in sindicatu Pri-
isci Attendoli Capuani olim
Capitanei terræ Spinæ au-
reæ, tunc sindicandi non fuit
molestatus ex quo omnes li-
belli criminales fuerunt pre-
sentati absq; sollemnitatis,
legis libellorum, ff. de accusat.
corā sindicatoribus. Ego autē
tāquā dicti sindicādi aduoca-
tus proposui dictos libellos,
tāquā ineptos reici, & Iudex
debet iudicare ineptos reici,
&

& non admittere libellū cri-
minalem ineptū cū in libello
criminali debeant esse locus
commisii criminis , annus ,
mensis,& indictio , regnatio ,
Imperatoris, Maranta in sua
pract. in rubr. rectē concipiatur
libellus, nu.12. in 3. mēbro
iudicij, l. in causis , C.de accu-
sat. ibi, glosa, & libellus cri-
minalis porrectus in sindica-
tu ineptus contra forma le-
gis libellorum, ff. de accusat.
reddit iudicium nullum , &
inualidum, Bart. in l. libello-
rum, §.quod si libelli de accu-
sat. vbi dicit. Bart. quod ipso
iure est libellus ineptus , &
iudicium nullum,nam libelli
oblatio est substantialis , qui
omitti non potest, glos. in c. I.
de libelli oblatione, in verbo ,
sed , nunquid libelli oblatio
est de substantia, & si libellus
est ineptus in sindicatu, facit
iudicium nullum etiam si nō
apponatur , Maranta in sua
pract. in rub. validum , aut in-
nalidum,in 16.distinct. nu.62.
fol. 230. idcirco iudex ipsos
ineptos libellos debet rejice-
re, vt leges iubent, & non de
sua ceruice admittere , cap.
indicit 3. quæst. 7. dicitur Le-
uit. cap.19. non facies, quod
iniquum est,nec iniuste iudi-
cabis,Iob.cap.46. caye, ne de-
7 clines ad iniquitatem . Nam

iudex tenetur sequi leges , &
communem opinionem Do-
ctorum in iudicando, l.1. ff. de
off. quæst. vbi populi suffragio,
& voce, cap. nouimus de verb.
signif. Bar. l. in cum prolati, ff.
de re iud. Alex. in conf. 95. n. 6.
lib. 2. Curtius Senior in conf.
69. vers. 11. dicunt Paris in-
trat. de sind. in uerbo iudica-
re, cap. 3. num. 13. paria sunt
iudicare contrā legem, & iu-
dicare contrā communem
opinionem Doctorū , si limi-
tes legis transgrediatur iu-
dex, præsumitur esse in dolo,
Mars. in sua pract. crim. §. suc-
cessiue, num. 9. cum iudex de-
beat iudicare secundum con-
suetudines patrię , & Doctorum
consuetudinem iudican-
tium communiter, alias facit
litem suam, Gl. infl. jubemus in
verbo, quod iudex debet iudi-
care , non solum secundum le-
ges, C.de iudicij, & iudicantis
officialis contrā opinionem
communem Doctorum, et cō-
trā solitam iudicandi con-
suetudinem præsumitur do-
losus transgrediens leges ,
Grammat. uoto 31. num. 9. &
propterea iudex sequendo in
iudicando, vnum legis intel-
lectum, et non communem
intellectum tenetur in sindi-
catu , Bart. in d. l. cum prola-
tis, num. 3. ff. de re iudic. & in-
l. 4.

Sindicatus Officialium

40

l.4. §. hoc autem iudicium, nu.
13. ff. de dāmno infelō, nām à
cōmune opinione iudex non
debet recedere, cum opinio
communis Doctorum, rem
clarām, & indubitatam fa
cit, Socc. Iun. in cons. 31. nu. 7.
lib. 1. Iustin. in trattatu de sind.
num. 122. uers. & idem cap. no.
uimus de uerborum signif. vbi
quorundam sit opinio à plu
ribus, l. 1. ff. de offic. quæfl. ibi
crebior, Soccin. Iun. in cons. 67.
num. 10. lib. 1. Corn. in cons. 55.
lib. 2. conclus. 20. l. minimè, ff.
de legib. Afflīct. dec. 96. in fine
incip. fuit in Sac. Cons. nām iu
dex iudicans contra cōmu
nem opinionem Doctorum
iudicare præsumitur, per
imperitiā, & est nimis igna
rus, Sylua Nuptialis, lib. 5. &
seq. & quāuis aliqua lex plu
res habeat intellectus, & ali
quantulū iudex ex tali er
rōre excusaretur, nō sequen
do intellec̄tum communen
Doctorum, secundum Glo
sam in cap. temerarium 11. q. 3
in uerbo nisi errauit ex causa
probabili. Tamen mitius pu
niretur, sequendo opinio
nem aliquam ponderosam
alicuius Doctoris, secundum
Bart. in l. cum prolatis, ff. de
re indic. nu. 3. nām teneretur
in sindicatu, & conuincitur
de iniustitia, quæ nullitati

æquiperatur, cap. inter cæt e
ra de re iud. Vincen. de Franch.
decis. 148. n. 7. in prima parte,
& tenetur officialis in sindi
catu, etiam si pars condein
nata ab huiusmodi sentētia,
qua non appellavit, Bald. i. 2.
tit. de pace, & iur. firm. Ioan
nes Vincētius de Anna in sing.
48. in fine, non videntur ap
probasse sententiam iniustā
ob non interpositam appella
tionem, quoad iudicem,,
l. ab eo, C. quomodo, & quando
iud. Paris in suo tract. sind. in
uerbo appellatio, cap. 3. nu. 6.
fol. 121. aterg. etiam si à di&a
sententia pars appellavit, te
netur iudex in sindicatu, po
test condemnari in futuro
euentu, casu quo præfata
iniqua sententia infirmetur.
Ego autem prouidi, quod
causæ appellatae in M. S. V.
vel in alio tribunali, expetie
tur exitus decisionis, & inte
rim sindicandus caueat de se
præsentando corām sindica
toribus decisa causa præfata
appellata, licet possit con
demnari in futuro euentu,
Paris in præfato loco, num. 10.
cap. 3. in uerbo appellatio, te
netur etiam si appellatio es
set deserta, cap. sāpē de appel
lat. Put. in dicto tract. in uerb.
appellatio, num. 9. cap. 3. &c in
tantum hoc est verum, quod
etiam

Pars Secunda.

41

etiam si prima iniqua, scù in iusta sententia fuerit confirmata in secunda instantia, & postmodum confirmata in tertia instantia, primus index tenetur. *Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 339. n. 14. lib. 2. cent 4.* postquam prima sententia fuit iniquitatis principium, & fundamentum,

Innoc. in cap. s. p. extra de off. deleg. l. fin. ff. de var. & extra ord. cognition. nam prima sententia exequatur iniquitatem, glo. in l. tale pactum, §. qui prouocauit in verb. ideoq; sententia prima, ff. de pactis,

Io. Andreas in cap. pastoralis extra de off. deleg. quamuis officialis possit tueri, qd quando sunt plures sententiæ cōformes presumantur ritè, ac rectè, ac pro iustitia, & presumantur iustæ propter iudicis sententiam, & precepti auctoritatem, l. seruo inuito, §. cum prætor, ff. ad Trebellianū præsumeretur calumniari,

Bald. in rubr. C. de iud. qui mal. iud. clem. vt calumnis de sent. et re iud. & pro sententiis conformibus, neq; potest de nullitate dici. Vant. in tract. de nullit. rub. quoties, & infra

12 quod tēpus de nullitate agi possit, n. 5. fol. 67. idcirco præsumitur pro iustificatione sententiæ; quando sententiæ

sunt conformes. *Abb. in cap. quoniam contra col. 14. de pro. bat. Antonius Gabr. Rom. in suis com. conclusion. in tit. de sentent. cōclus. 5.* nihilominus sententia iniqua, cū iniquitatem contineat, nunquam transit in rem iudicatam, vt in cap. inter cæteras de re iudic. glosa in clem. pastoralis in verbo non habebat de re iud. idem Graniel Rom. in suis cōcl. in tit. de sententijs conclus. 10. nū. 1. nam scientia continet iuris errorem in ea expressū est ipso iure nulla idem Ant. Gabr. Rom. in tit. de sent. cōcl. 7. et ibi latissime, nam & sententia iniquè prolata, nō metetur exequutionem tāquam non ritè, neq; rectè prolata, l. q. condemnatum, ff. de re iud. & licet ex parte sindicādi possit opponi, quod de consuetudine pro sententiis malè, aut iniquè prolatis, officialis nō vindicatur, nisi de baractaria furtis extortionibus, & concussionibus, Paris de Put. in suo tract. de sind. in verbo vindicantur officiales, & in verbo electio officialium, Franc. Accursius in suo tract. vers. item si effet confirmata auth. bodie, C. de iur. calumniæ, amed. Iust. in suo tractatu sind. num. 137. versic. item non tenentur. Boss. in tit. de off. pecu. corrup. n. 11.

F

fol.

fol. 230. à ter. Bal. in auth. generaliter, C. de episcop. & cler. Grammat. in conf. crim. 54. tamen præfata consuetudo cū iniustitiā inducat, nō est obseruanda cap. si de conf. Bald. in conf. 349. col. 2. in 5. vol. cui consuetudini iure impugnat ex sua ceruice iudicare cōtra legem, & non secundum opinionem Doctorum, nam illa dicitur consuetudo rationabilis, & iusta quam iura non improbant, glos. in d. cap. fin. de conf. in verbo rationabilis, & cōsuetudo dicitur, & iurē & vsu approbata moribus plurimarum personarum, Bart. in l. de quibus n. 6. vers. 3. accipitur, ff. de legib. & iudex iudicans contra communem opinionem dicitur esse, in ignorantia supina, seu crassa,

14 a qua nullatenus excusari potest, Io. Vincent. de Anna alleg. 55. num. 20. et ignorantia est, triplex, simplex probabilis, et crassa, seu supina, ignorantia simplex est vera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum cap. excellentissime, u. q. 3. in verb. ignorantia, & cap. seq. & cap. vltim. Crassa, seu supina ignorantia non excusat, Carau. in ritu M. C. 5. n. 6. Afl. in const. sancimus de iure protomiseos, §. licentiam n. 4. fol. 45. à terg.

& dum officialis sequitur in iudicando, aliquam opinionem alicuius Doctoris, non excusatur in sindicatu cum malam elexit opinionem,

15 Bar. in l. cum prolati, ff. de re iud. sed mitius punitur, Paris de Put. in tr. sind. in verb. iudicare cap. 3. incip. an si iudex n. 2. et 5. fol. 221. à ter. Quando autē sentētia, fuit ex no. uiter deductis, de quib⁹ Iudex non est informatus, tūc ipse non tenetur in sindicatu, ex probabili errore, Grammat. in conf. crim. 54. nu. 2. Bart. in l. post legatum, §. quidam, ff. his quibus ut indigni, uers. & predicta intelligo. Tenetur pariter arbitr. & arbitrat. glo. in d. §. 1. inst. de oblig. qui quasi ex delicto nasc. in uerb. sed numquid, hæc omnia locum habent, glo. in l. si quis in cōscribendis, C. de pactis, in verbo nota, circa finem: nam sicut iudex qui male iudicavit facit litem suam, ita arbiter, vel arbitrator, sed tātum tenentur de dolo, & latrū ipsa, cum fuerint assumpti de partium consensu, Io. Vinc. de Anna in sing. 37. iudices quoque ecclesiastici tenentur coram iudice competenti, vt dicit Niger in cap. regni statuimus rubr. de sind. nu. 43. uers. ex hoc infertur, l. 1. §. 1. ff.

si mens falsum mod. dixerit malum nūmque est in quo homo versatur illud ignorare,
16 l.2. §. Seruius Sulpitius, ff.de orig.iur. turpeq; est Doctori cum culpa redarguit ipsum, glos.in §. illud uidelicet el 2.in auth. vt iudices sine quoq; suffragio in verbo exemplū, & iudex non potest suam sententiam emendare, postquam diffinitiūe pronuntiauit, & functus est officio suo,
**17 l.iudex posteaquam , ff.de re iud. securus est interlocutoria sententia,l.paulus, & l.post rē, & l.cum querebatur, ff.de re iud. nam antequam publicetur potest incontinentia corrigere, & quoad alia cicerioria,Alexan.in conf.119. in 1. & 2.colum.in 2. uolum. sed verba bene potest emendare,l.actorum uerba, ff.de re iud. sed non potest mutare sententiam , id quod in libelli petitur , Boer.dec. 289. num.2. parte 2.officialis pariter in sindicatu non tenetur quando protulit sententiam
18 transmissam ad votandum cum consensu partium, iuxta l.si conuenerit, ff.de re iud. vel prefixit terminum partibus ad producendam listam Doctorum suspectorum , si quos partes habebat Capyc. dec. 138. in fine. Anna sing.**

274. nam si ipse officialis de per se proprio modo imperi- tum, aut indecum elegit eō. sultorē fuit in culpa securus si iudicauerit cum consilio af- fessoris, quoniam tenetur af- fessor, l.2. ff.quod quisq. iuris sed quando officialis de per se nulla præcedēte monitio- ne partium elegerit consul- torem imperitum ad decidē- das causas teneretur in sindi- catu, vt in §. penult. instit. de obl. que quasi ex delicto nasc. ibi culpa reus qui opera malo- lorū hominū vctetur , Menoch. in tit.de arbitr. iud. centur. 4. lib.2. casu 339. Bald. in d. §. proficiisci, ff.de cff. procons. gl. in l. vel per literas , in verbo sed si ego, ff.si mensur fals.mod. dix. & si dix. & si iudex omi- serit victum in expensis con- demnare,dum fuit in iudicio 19 petitum in sindicatu tene- tur , glos. in l. fin. C. quando prouoc. non est necesse in verbo confeatur, l. properandum §. sin autem,C. de iudic. Bald. in auth.nouā iure,C.eod. Paris in suo tract. de sind. in verbo ex- pense cap. n.5 fol. 178. Amed. Iustin. in suo tract. de sind.nu. 37.vers.item, si omitunt con- demnare victum in expensis immò etiam si expensē non fuerint in iudicio petitę , si iustum fuerit,officialis debet

victum ad eas condemnare,
Cappella Tholos. dec. 111. in additio. securis est si obtinuit primam sententiam in prima instantia, & in secunda instantia succubuit non condemnatur in expensis, *Carav.*
in ritu 297.n.21. vexatur etiam in sindicatu quando officialis protulit sententiā nullam. *Paris in tract. sind. in verbo sententia, cap. 9.n.2.* Anna alleg. 19.n.12. quando exequutioni demandauerit præfatā sententiam nullam: securis est, quando non demandauerit exequutioni, *glos. sing. in l. fin. ff. de varijs, & extraordin. cognit. Doct. in l. 1. §. fin. ff. quod quisq; iur. & præfata sententia*
20 nulla, non potest pro parte esse nullam, & pro parte esse validam cum sit indiuidua, l. in hoc iudicio, ff. famil. hercijc. glo. in verbo non valerè, l. non sortem, §. si centum, ff. de conditione indeb. Rota Auenion. *dec. 27.n.1.* & proferens officialis sententiam nullam, sportulas receptas pro ea debet restituere cum sententia habeatur pro non facta, *Pant. in tract. de nullitat. in rubr. quoties, & infra quod tēpus, n. 53.* & si sententia habetur pro non facta, officialis tenetur sportulas receptas restituere, cum non entium

nullæ sint qualitates. *Arist. in 2.de Anima, sed si officialis iudicauerit per dolum, & fraudulenter nota solum teneretur ad expensas, & partilæs ad interesse, sed etiam potest criminaliter puniri,* *21 Boss. in tit. de off. pec. corrupt. in sua tract. crim. n. 11. & 12. constit. Regni incip. Si fraudulenter, in rubr. de pœna iud. qui male iud. vbi priuatur officio inrecuperabiliter, & efficitur infamis, & priuatur omnibus suis bonis, hoc procedit in causa ciuili in causa autem criminali tenetur, l. 1. de sic. Boss. in tit. de off. pecun. corrup. n. 7. Nec officialis potest repetere illud quod soluit ab eo in fauorem cuius protulit sententiam quam, vel per imprudentiam iudicavit, vel forte per dolum, vel fraudē, *gl. in cap. cum ab omni, de vita, & honest. cler. cum sit turpitudo ex utroque, Paris de Put in suo tract. de sindic. in verbo lis sua, c. 4. n. 1. circa medium, vbi iudex pœnam,* *23 quam sua culpa soluit à parte non repetit.* *Catald. in suo tract. de sindic. n. 29. circa fin.* Nec iudex potest sententiā suā corrigere, aut emendare, quando fuerit promulgata, & maximè quando est diffinitiva, quia est functus officio suo*

suo , reuocare non potest , l. index , ff. de re iud. secus est in interlocutoria , gl. in cap. qualiter , & quando de accusat. in verbo corrigere , l. paulus , & l. post rem , ff. eod. tit. & l. cum querebatur , ff. eod. tit. vt dixi supra , incontinēti potest corrigere , & quoad alia accessoria , Alea . tn . conf. 119 . in 1. & 2. colum . in 2. volum. Addit. ad Denum in regula , quod semel placuit , de reg. iur. in 6. verba obscura , & si non intelligibilia bene iudex potest emendare , & interpretare , l. actorū verba , ff. de re iud. quinimmo sententiam interloquitoria potest reuocare , Cappella Thol. add. ibi in dec. seu q. 185. & an possit officialis tueri in sindicatu , aliter quam ex processu possit ostendere , partem benè condemnatam , vide Boer . dec. 259 . n. 8. vbi bē. nē distinguit in 2. parte.

*Disputatio causæ de qua sindicā-
dus officialis conuincitur de
redardata, & denega-
ta iustitia.*

Officialis tenetur in sindicatu de denegata , & retardata iustitia , quando fuit requisitus , vt causam in limine expeditionis instruam existentem , decidat , &

dici arbitrium à lege, vel ab
homine, non censetur subla-
ta cognitio, & subtilitas. Ca-
tald. de sjudic. num. 145. non
potest suum arbitrium ita ex-
tendere usque ad mortem,
Dec. in l. qui iurisdictioni post
num. 9. vers. non obstat, ff. de
iurisdic. omni iud. Affl. decis.
276. post num. 6. Gram. in conf.
crim. 48. post nu. 6. Clar. in sua
pract. crim. in quest. 83. vers. sed.
quāro in fin. & iudex in arbi-
trarijs non potest alias pēnas
imponere, quam imponi so-
litas, l. quid ergo, §. pōna gra-
uior, ff. de infam. Affl. in const.
humanitate, vers. quāro de alti-
quibus nu. 22. in fin. Gram. dec.
37. Clar. in §. iniuria; vers. sed.
pone sed ex reg. Pragm. istud
arbitrium est officiali conce-
sum inspecta qualitate causæ
delicti atrocitate, & alijs cir-
cumstantijs, vt per Vinc. de
Franch. decis. 230. num. 3. in 2.
volum. licet loquatur in mi-
nore, & arbitrium iudicis de-
bet esse informatum proba-
tionibus secundum conscientiam,
& probatam legibus,
cap. sacerdos de offic. ordin. &

& debet indicare secundum leges, non secundum motum sui capitum, Paris. de Put. in tract. de sindicis in verbo iudicii, cap. 2. num. 2. & 3. ideo si reus esset condemnandus ad exulandum pro aliquo maleficio, per aliquid tempus, non debet condemnari ad remigandum cum iudex debeat amplecti equitatem, l. placuit, C. de iudit. cum melius sit peccare in misericordia, quam in seueritate, cap. allegant, 26. quest. 7. Mars. in §. occurunt, nu. 10. & propterea tenetur officialis in sindicatu, utens seueritate, ac crudelitate in arbitriis, condemnando reum ad remigandum tenetur in sindicatu, Paris. in suo tract. de sindicis in verbo pena, num. 7. cap. 10. fol. 166. num. 5. & 7. dum debet condemnari ad exulandum, una cum interesse, ad quod debebat condemnari, Vinc. de French. dec. 358. 2. voluntum, debetque restituiri facere furta, Paris. de sindicis in verbo compositio num. 2. c. 7. & omnes officiales inuentis per eos bonis suratis detinet ipse praefata bona, & vix possunt ab ipso partes recuperare, vt experientia docet, & ideo de anno 1607. dum fuisset quærelatus Donatus Infera, pro furto mellis, fuitque per Ca-

pitanum V. I. D. Ioanne Dominicum de Siena Terræ Carbonariæ, absolutus, inquisitus noluit restituere sextertia 120. mellis, condemnauit ipsum sindicandum ad restituendum mel præfatum, vel ad pretium liquidandum, & nota, quia quotidie evenit. Debetque iudex secundum allegata, & probata iudicare, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præs. nec debet referbare, in eorum sententijs commutationem pænarum ad arbitrii partium, vel baronis, vt in pragm. 21. in rubr. de baron. vt quotidiè faciunt condemnare ad exulandum cum potestate redimendi exilium prædictū producatis tot, & ista commutatio exilii potest fieri ab Imperatore, vel Rege, l. regalibus, ff. de pænis, Niger. in cap. Regni incip. exercere in rub. de comutat. pænarum num. 43. in car. 194. cum sit ius regale, & de regalibus, l. 1. §. deinde, ff. de post. Innoc. in cap. cum te de re iud. Bald. in cap. at si clerici de iudic. Andr. in cap. hereditatem, nam hoc non potest facere etiam Baro. habens secundas causas, sed solum Rex, aut Prorex, parte concordata sequitur Anna in sing. 458. in verbo Rex, post sententiam Andr. in cap. 1. similiter potest

decāpit. Corrad in vers. pēnam
autem irrogat pragmatica 17.
incip. Carolus Quintus in rubr.
de Baron. Niger. in cap. regni
exercere volentes in rubr. de
commut. pēn num. 29. & 30. of-
ficialis tenetur pariter pro
mala condemnatione crimi-
nali iniquè, & iniustè facta,
quando minus severè, & cru-
deliter, idiotas, aut rusticos
castigat in faciendo notoriū,
in condemnando ad poenam
pecuniariam, vel ad aliquid
dū loquūtur cū officiali ignorā-
ter, sub verbo, in, cū officialis
debet iustitiae parere, Meno-
noch. in tract. de arbitr. iud. lib.
2. cent. 2. casu 194. num. 1. & 2.
cum seq l. 2. § penult. ff. si quis
in ius voc. non ierit, securus est
70 in rustico sagace, imò Impe-
ratori fuit dictū, tu. Paris. in
verbo notorum num. 11. l. 1. C.
de veter. lib. 12. vbi Impera-
tori fuit dictū, tu, idem officia-
lis pariter tenetur in sindica-
tu, quando non punitur iniuri-
antē, sed absoluit, dum erat
71 condemnandus iniurians ad
veniam iniuriæ. Paris. de Put.
in tract. sindic. in verbo compo-
sitio cap. 1. num. 5. & 6. cum
negligens punire iniuriantē,
est peior, iniuriante, idem
Paris in loco citato cap. 2. nu. 2.
cum pēna debebat delicto

correspondere, ut dixi supra
num. 141. fol. 32. à tergo.

Disputatio causæ querelæ extor-
sionum, contra officiale
sindicandum in sen-
dicatu.

Exorquens pecuniam offi-
cialis intuitu officij, & me-
tu iurisdictionis, debet puni-
ri pēna exiliij, & in quadru-
plum restituere, glos. in cap.
quoniam quidem in verbo idē
aut. 18. dist. l. fin. C. de crim.
concuss. & in auth. indices sine
72 quoque suffragio, §. scriptam
exemplar, Caranit. in ritu 14.
num. 6. l. quod euitandi, C. de
condit. ob turpem causam, clem.
2. §. sanc. vbi Cardin. de pen. quæ
extorsio fit mediante iustitia,
Paris in suo tract. de sindic. in
verbo electio officialis, num. 4.
extorsio præsumitur in ore
officiali iusticiam administrā-
te, l. 1. C. de salgamo hospit. nō
præstand. lib. 12. & committi-
tur extorsio, etiam si fuerit
promissa, & nō data, Menoch.
in tract. de arbitr. Iud. cent. 4.
casu 342. num. 2. lib. 2. & po-
test committi, non solum in
73 terueniente pecunia, sed etiā
qualibet re, glos. in l. 1. ff. de
concuss. in verbo oblatum, nec
obstat si pro parte, officialis

op-

opponatur, quod pecunia, vel alia res fuerit eidem donata ab inquisito, quia non valeret, l. qui in carcerem, ff. quod met. causa, cum metus iustus sufficiat, etiam quod eius effectus non sequatur, Gramat. conf. crim. 13. num. 29. de causa, officialis suis stipendiis contenus esse debeat, Caranita in ritu 19. num. 2. & ideo soluitur salarium, ne corrumpatur pecunia, Luc. de Penna in l. annonas, C. de erogat. milit. lib. 12. imò tenetur de extorsionibus pro famulis, quos secum duxit, Menoch. in tract. de arbitr. iud. cent. 4. casu 345. lnu. 2. Angel. de Malef. in rubr. ad iul. repetund. num. 4. intuitu tamē officii Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. nu. 10. vbi refert Regem Persiarum ordinasse quēdam officialem, Aquensem pro huiusmodi criminē excoriari, & Valerius Maximus lib. 6. c. 3. hist. vbi narrat de Cabisce Rege, qui quemdam iudicem de falso coniustum excoria. ri fecit, & pellem extendi, super cathedram, vbi filius qui ei successit in officio pro tribunali debuit sedere, ut patris pellem videret, & ipse pellem videret iuslum faceret nō debent extorquere pecuniā, Paris de Put. in tract. de sind. in verbo præsumptio num. 2. &

propterea officia sunt confe- renda per virtutes, & merita, Boss. in tit. de ambitionis nu. 3. & 5. Paris. in tract. de sind. in verbo officialis cap. 9. in fin. hæres autem officialis defuncti non tenetur stare sindicatu defuncti, Paris. de Put. in suo tract. de sind. in verbo hæres num. 3. de rebus descendantibus ex delicto, vel quasi, Niger. in cap. Regni itē statuimus, rubr. de sind num. 51. secus quando aliquid peruenit ad hæredem, quoniam tunc tenetur hæres, Bart. in l. in hæredem, ff. de calumniator. Catald. in tract. de sindic. in num. 15. vers. addc hæres iudicis, vbi hæres iudicis qui malè iudicauit conuenitur in quantum peruenit ad hæredem, l. Iulia repetund. & ibi Angel. glos. in l. 2. C. ad legem Iul. repetundarum di- cit, q̄ est mirabile, vt in sca- annum tantum detur etiam post item contestatam con- tra se alii dicunt infra annum etiam lite non contestata, in- fra annum in hæredem dari in totum, & hic etiam in eo, quod peruenit ad eum, licet editum de calumniat. non de- tur, nisi in id, quod peruenit, vt ibi, sed quando per dolū, vel corruptelam officialis tu- lit sententiam iniquam non- habet

habet locum titulus iste, quod teneatur iudex ex quasi maleficio, Bart. in l. si filius familias, ff. de iudit. glos. in d. s. 1. instit. de oblig. quæ quasi delicto nasc. in verb. nota quod iste titulus, sed tenetur ex maleficio, sed delicto, idcirco officiales non debent extorquere pecuniam in officio, nec capere munera, que 76 iudicem obsecant, & iustitiā, nā recipiens aliquid muneris naturaliter obligatur, l. sed, & si lege, s. consuluit, ff. de pētit. hæred. & glosa ibidem, in verbo consuluit, l. si remunerādi, ff. mand. vbi dicit glos. q̄ est honor, cui donatur, l. si vero, ff. eod. tit. glosa in cap. & si quaestiones de simonia, in verbo non petenti, & ille cui donator exhibere reuerentiam compellitur, & obedire donatori, cap. illud quidem, in verbo compellitur 8. quæst. 2. & propterea prohibentur munera officialibus recipere, Foller. in sua pract. crim. in tit. studeat se ornare nu. 63. prag. 1. in rubr. de muner. offic. munera, quantum sint noxia iudicibus, Boer. dec. 153. in 1. p. imò non potest iudex reeipere, aliquid prouisura processuum, Carau. in ritu M. C. 14. num. 1. neque candelas, Scaglionus in ritu prædicto, n.

2. neque trigesimam recipere potest officialis, ut in prag. 1. in rubr. de trigesimis, & salario officialium. Nam non licet officiali aliquid recipere, gratis teneatur officium suum exercere, Boff. in tit. de offic. pecun. corrupt. num. 3. in sua pract. crim. nec officialis debet aliquid à subditis extor 77 quere, Angel. Aret. in §. quætrupli, num. 13. instit. de actinibus, nec pro iure portelli, seu excarcerationis, nec eius familia cum debeat soluum obseruare, nām quod læpe. & iustum est exactum est, faciendum, l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, & ibi glos. & l. 1. ff. de aqua, & plu. arcen. & extorquens pecuniam pro iure portelli, aut ob mitiorem, & benigniorem locum carceris, officialis potest puniri tanquam pecuniam extorquens, & restituere quid quid habuit in quātupla, glos. in l. 1. C. ad l. Iul. repetundarum, l. 1. ff. eod. tit.

Disputatio causæ concussionis
contra officialem sindicandum in sindicatu.

Officialis tunc committit, & crimen concussionis, quando reum inquisitum induci

Sindicatus Officialium.

72

induci per metum ad transfigendum pro certa pecunia, de aliquo figurato delicto, de 78 quo non constat, Carau in ritu 276.nu. 5. Gram. in cons. crim. 51.num. 5. vbi dicens officialis quod te carcerabo, nisi dederis tantam pecuniā, est concusio, Angel. de malef. in rubr. de concussion. nu. 1. & 2. glos. in l. quod evitandi, C. de condit. ob turpem causam in verbo concussionis crimen, l. 1. ff. de crim. concuss. l. non licet, ff. de contrah. empt. est autem concusso intmoratio, quando officialis infert metum, ut extorqueat pecuniā, ut reducat reum ad compositionem committit concussonem d. l. 1. ff. de concuss. & alibi concusso est cum aliquis occasione publici officii, ut habeat aliquid extorquet a subjectis, glos. in d. l. quod evitan di, C. de condit. ob turpem causam, in verbo concussionis crimen, Paris de Put. in tract. sind. in verbo indices, cap. 7. 79 num. 2. concusso autem tribus modis. committi potest per iminas potentis, ut per verba in carcerationis, Paris de Put. in dicto suo tract. de sind. in verbo indices cap. 7. nu. 17. fol. 109. & per metum futurum fieri potest concusso Cyn. & Bart. in l. metum, Cod.

quod met. causa, Bald. in l. fin. column. 1. C. de iur. delib. Alex. in conf. 114. in 2. vol. Innoc. in cap. cum olim, extra de elec. Lucas de Penna in l. si coloni, column. 7. C. de agric. & censibus lib. 1. Gramat. in consil. crim. 13. num. 22. & in consil. crim. 31. num. 33. & per carcerationem, vedit Paris in loc. cit. transactio autem, & compositio idem sunt Griland. de relatione carcerat. 3. 80 parte conuentio rei, seu inquisiti cum preside ex causa lite pendente, de dubio criminis statu desoluendo Fisco, certam pænam ad redendum litis vexationem parte legitima concordata, l. ab accusatione, l. destitisse cum sequenti, ff. ad turpill. & ideo officialis non potest transfere aliquem absq; remissione partis etiam, si non exposuit quærelam, sed officialis processisset ex officio, non potest dare terminum offenso ad quærelandum, & termi. 81 no elapo ulterius, non audiри Carau. in ritu M. C. 272. n. 20. & 21. & non solum committitur, concusso, ut supra dixi, sed etiam quando reus citatur ad hunc effectum, pluries, ut se componeret, & non composuit, tenetur etiam de concusione, Cara. in.

in ritu M.C. 276. num. 5. & tenetur actione iniuriarum in sindicatu, ut ibi, sed fieret promissio, seu concordia, quae esset ex violentia, vel metu carceris, non valeret, l. qui in carcerem, ff. quod met. causa.
Anna in sing. 418. & tenetur reddere in sindicatu, l. 3. ff. ad l. Iul. repetud. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, & propterea reus sponte debet offerre pecuniam. Nam si non esset sponte oblata ex ea carceres, 82 non valeret. Bald. in d.l. qui in carcerem, ff. quod met. causa, & reus presentet petitionem sponte offerat in scriptis iudici, & dicat velle cum curia transigere, & non litigare, & se culpabilem esse, & petat pro tali delicto se admitti ad compositionem tolerabilem ducatorum tot, vel velle tantum dare pro compositione nomine curiae per manus aliquius nobilis, & omnia in actis scribantur, & officialis erit iuritus, Paris de Put. in tract. de sind. in verbo compositione cap. 6. in fin. vers. & ideo consulo officiali, Caranita in ritu 276. num. 4. ubi dat cautelam, quod inquisitus constitutus se culpabilem, & petat admitti ad tolerabilem compositionem praecedente remissione partis, Pragm. 4.

& 6. in rubr de composit. Pena autem concussionis est arbitria, Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 341. num. 12. centuria 4 lib. 2. & idem Menoch. in d. tract. casu 342. nu. 10. & §. scriptum exemplar, in auth. iudices sine quoque suffragio, l fin. de concuss. Paris de Put. in tract. sind. in verbo indices, cap. 7. num. 1. usque ad 7. Menoch. in d. tract. casu 343. num. 4. Nam semper presumitur concussionis, & terror, & metus per Magistratum, nam verba magistratus inducunt concussionem Paris de Put. in loco cit. num. 16. & ideo ex nimis factis per officialem presumitur concussionis probantur per testes singulares, Gramat. dec. 5. nu. 5. Anna sing. 520. immo suspicio metus carcerationis, inducit concussionem, & suspectio metus, dicitur iustus metus, Gramat. voto 10. n. 5. & contra officialem minante, potest agi actione iniuriarum in sindicatu, ut dicit Bald. in repet. in verbo iniuria, in 2. col. alleg. test. in l. item apud Labeonem, §. 2. ff. de iniurijs, sequitur Mars. in sua practica crim. in §. diligenter, n. 89.

*Disputatio criminis baractariae,
& inquisitionis generalis
contra sindicandum
in sindicatu.*

BAractariae crimen dicitur ; quando officialis baractat iustitiam pro pecunia, Menochius in tract. de arbitr. iudic. casu 342. num. 18. centur. 4. lib. 2. Amed. Inst. in tract. sind. num. 165. & Magistratus vendens, & baractans iustitiam, vendit Christum, cap. exist. 85 mant 11. quæst. 3. Lucas de Penna in l. neminem, C. de suscep. lib. 11. Paris de Put. in tract. sind. in verbo baractaria, num. 1. & 2. cap. 1. vers. officialis committens Barattariam, & committitur, etiam quando iudex mutuo pecuniam accepta à litigante, & protulit sententiam in fauorem mutuantis, l. venales, Cod quando prouoc. non est necesse, Albert. in l. quin etiam, ff. de calum. Paris de Put. in tract. sind. verbo si tempore sententiæ num. 1. Pro quo crimine baractariae 86 diuersimode patrantes leges puniuntur, Menoch. in tract. de arbitr. iud. centuria 4. casu 343. lib. 2. ex lege duodecim tabularum, capite iudex puniebatur, Menoch. in tit. de arbitr. iud. cent. 4. lib. 2. casu.

342. nu. 5. Clarus in sua tract. crim. q. 73. vers. iudex committens barattariam, Näm per legem Iuliam, §. hodie, ff. ad l. Iul. repetund. punitur iudex exilio, vel duriori pæna, iusta qualitatem rei, si iudex necare innocentem propter pecuniam, qui non debebat puniri capite, esset puniendus, vel in insulam relegandus, ut dicit tex. in l. 1. §. 1 ff. de secar. l. 1. C. ad l. Iul. Maiestat. auth. nouo iure, C. de pen. iud. qui male iud. quod si deliquit in causam ciuilē, patitur pænam tripli dati, permissi dupli & priuationem dignitatis, si verò deliquit in causa criminali, confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur, officio, & dignitate priuatur, & inter infames reputatur, l. iudices, C. de dignit. lib. 12. statuit iudices, qui se furtis, & sceleribus maculasse conuicti fuerint, priuetur officio, & dignitate, inter infames reputantur, l. 1. C. ad l. Iul. repet. que pæna legis Iuliæ repetundarum est officiali arbitria, Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 313. num. 4. cent. 4. lib. 2. & tales puniuntur in quadruplum, quod extorserint, & fuit ablatum applicatur Fisco, Boff. in tit. de off. pecun. corrupe. in sua tract. causarum crimin.

num. 10. Rex Persiarum fecit excoriari quemdam officialem Aquensem corruptum
 87 pecunia, ad terrorem aliorum, ideo oderunt peccare mali, formidine poenae: oderunt peccare boni virtutis amore, nam pænam vnius est metus multorum, l.i. C. ad l. Iul. repetund. vbi vnius pæna, metus sit multorum, Paris de Put. in tract. de sind. in verbo latro, c.i. num. 4. officialis facere non debet, non faciendum mediante pecunia, l.i. & ibi glos. ff. ad l. Iul. repetund. in verbo acceperit, & l.i.C. eod. tit. & propriè baratiam dicitur committere officialis, quando pecuniam accipit pro facienda iustitia, Iudex enim contentus esse debet suis stipendiis, l. eadem §. lege Iulia, ff. ad l. Iul. repetund. Affl. in const. regni corruptelæ, nec potest aliquid recipere pro sententia ferenda, l.2. ff. de condit. ob turpem causam, Gramat. in d. conf. crim. 35. num. 15. glos. in cap. cum ab omni, de vita, & honest. Cler. in verbo abstinere, vbi præsumitur esse malum, cum sit turpitudo ex utroq; in quo criminis, testes singulares probant, Vnius decis. 113. num. 4. Gram. conf. crim. 35. num. 43. in fin. Quoniam contra officialem committentem baratiam, potest procedi per inquisitionem generalem, vt in Reg. Pragm. incip. Regiae dignitati, in rubr. de Menoch. in tract. de arbitrio. Iud. lib 2. cent. 3. casu 342. nu.

29. & recipiens aliquid pro sententia ferenda, potest puniri, l. 3. ff. ad l. Iul. repet. & in datis, a sponte dantibus, si iniustum comiserit, ob pecuniam in causis criminalibus, personas offendat, tenetur, & punitur pæna capitali, vt dixi supra, Boer. dec. 153. in ciuilibus causis pæna erit duplex reddendi, & priuabitur potestate iudicandi, glos. in auth. nouo iure, C. de pæn. iud. qui male iud. & potest puniri criminaliter arbitrio iudicis, & tenetur ad sumptus litis, & ad litis discrimen, vt in l. de eo. C. eod. tit. & ibi glosa, corrumpens vero officialem, perdit causam, & punitur pœna falsi, Gramat. in conf 53. num. 13. glos. in l. 2.
 39 in verbo in bona, ff. de condit. ob turpem causam, Gramat. in d. conf. crim. 35. num. 15. glos. in cap. cum ab omni, de vita, & honest. Cler. in verbo abstinere, vbi præsumitur esse malum, cum sit turpitudo ex utroq; in quo criminis, testes singulares probant, Vnius decis. 113. num. 4. Gram. conf. crim. 35. num. 43. in fin. Quoniam contra officialem committentem baratiam, potest procedi per inquisitionem generalem, vt in Reg. Pragm. incip. Regiae dignitati, in rubr. de

sind.offic.cap.regni item statui-
 mus, rub.de sind.offic. Bald.in
 §. proficiisci, q. 5. & in const.
 regni de inquisitionibus, &
 prius proceditur per genera-
 lem inquisitionem in sindica-
 tu, vel alicuius interesse pre-
 tendentis, contra sindicandū,
 & postmodum deuenitur ad
 specialem inquisitionem, Ni-
 ger.in c. regni item statuimus,
 rubr.de sind.num. 56. in fin.of-
 ficialis barattaria commi-
 tendo, dicitur proditor, & co-
 tra ipsum proceditur ad in-
 star criminis læsæ Maiesta-
 tis, dū est simile, præfato cri-
 mini, Paris de Put.in suo tra-
 ctat.de sind.in verbo corruptio
 90 nu. 1. in quo crimen requi-
 runtur probationes luce me-
 ridiana clariores, l.fin. C. de
 probat.cap.per tuas, de simon.
 glosa ibidem in verbo admit-
 zendos, sed si in præfato cri-
 mine barattariæ procedere-
 tur ciuititer, admittitur pro-
 batio per mediatorem, Gra-
 mat.in conf. crim. 35. num. 94.
 in fin. cap. 1. de test. in 6. licet
 aliter dicat Mangon. in decis.
 91 Florent. 12. num. 17. Sicut di-
 cimus in simonia, quæ per
 mediatorem probatur, scilicet
 proxenetam, vt per tex &
 glosam in d. cap. 1. de testibus
 in 6. Nam sicut per pecuniā
 venditur res sacra, ita per pe-

cuniam venduntur leges, que
 dicuntur sacratissimæ, l. leges
 sacratissimæ, C. de legibus; nā
 præfatum delictum est enor-
 me, quod iudex aliquid acci-
 piens, vt iudicet in causa ci-
 uili, si recte iudicat, restituet
 accepta, Menoch. de arbitr.
 iud.cent. 4. lib. 2. casu 342. nu.
 16. & istud crimen est detrac-
 stabili, quod attestans puniri
 potest, Menoch. in tract. de ar-
 bitr.iud.casu 343. nn. 16. cent.
 4 lib 3. Bald. in auth. nouo iu-
 re, C. de pæn. iud. qui male iud.
 l. & generaliter, §. 1. ff. de ca-
 lumniat. & æquiparatur cri-
 mini læsæ Maiestatis, vt di-
 xi supra, & potest committi
 etiam pro paruo, Bald. int.
 furti, §. pactusue, ff. his qui
 not.infam. & iudex declaran-
 do sententiam protulisse tam-
 quam corruptus pecunia, si
 sententia iniusta appetat, nō
 valet, Antonius Gabr. Rom. in
 suis conclus.in tit.de delictis,
 scilicet malefic.num. 7. & fol. 706.
 conclus. 37. secus si sententia
 esset iusta, & attentans præ-
 fatum barattariæ crimē, nul-
 la pecunia data, sed verbis
 blandis persuadens officialē,
 vt proferat, pro persuaden-
 te sententiam, punitur pæna
 centum aureorum, l. 1. in fin.
 de ambitu, Clar. in sua praet.
 crim. q. 73. vers. Index, & non
 ami.

amicitat causam, prout hodie videmus pro parua pecuniae quantitate committuntur balaustriæ, cum auaritia sit omnium malorum radix, Carau. in ritu 18. num. 7. & cupiditas, est omnium libidinorum radix, Archid 47. cap. quoniā. Nam natura hominum, est prompta ad malum, & experientia docet, ut in auth. de monac. §. si vero, & in auth. de nupt. §. mitiores, & teneatur ad restitutionem officialis, c peccatum de reg. iur. in 6. Niger. in cap. regni, item statuimus, in rubr. de sind. num. 45. & pro huiusmodi criminis officialis potest durante officio conueniri, & ab officio remoueri, Vinc. de Franch. dec. 8. i. vol. Anna in sing. 370 l. iu. bensus, C. ad l. Iul. ibi administrante eo. Clar. in q. 16 vers. præterea quæro nunquid officialis, Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. num. 34. & hac præheminentia vtitur M. C. V. durate officio officiales processat (ipso delicto reperto) priuantur officiales officio Carau. in ritu 49. in ritu 51. & in ritu 61. & officialis inquireretur de balaustria M. C. semper prouiderere, quod causam remaneat in dicta M. C. & remouerentur officiales ab officio, sed pro alijs æqui-

dem prouideret, quia præfatus officialis remittatur ad sindicatores tempore sindicatos, & expectaretur existentibus sindicatus, Niger. in cap. regni item statuimus, n. 71. vers. aduertere, rub. de sindic. & per M. C. V. prouidetur, quod pendente inquisitione suspenditur officii administratio, Vinc. de Franch. dec. 8. n. 3. in i. vol. Remouetur etiam officialis ab officio ob corporis infirmitatem, ob quam officio vacare non posset, l. si quoties iudices, C. de offic. præt orient. Remouendus es- set pariter si viderit rixantes, aut aliquos delictum committentes, & se non interposuit tenetur, Ludou. Peguera in regn. Catol. dec. 67. num. 2. Cyn. in l. si seruus, C. de noxal. glo. ibi, ubi dominus serui, vidēs, potuit seruum prohibere, & non prohibuit, tenetur insolidum, Clar. in sua præf. crim. in q. 87. vers. dicitur, potest etiā remoueri ob nimiam sequiā, l. 2. ff. qui sunt sui, vel alien. iur. §. ff. remouetur quoque, si officialis non tenet familiam sufficientem ad malefactores capiendos, si fuerit ei datum stipendum pro familia præfata, l. 1. & l. in nomine Domini, C. de offic. præf. præt. Africæ, & idè officialis ab hoc cri-

crimine se debent abstinere ,
cum nihil possit accipere ,
etiam pro abbrevianda iustitia , Boer .dec .153 . num .2 .1 .
par . Menoch intrat . de arbit .
ad.lib .1 .q .70 . nn .12 . & recipiens aliquid à subdito , per
extensionem , & per baractaria-
riam , tenetur restituere , in
foco conscientiae , in sindicatu est
difficile probatorius , nam in
huiusmodi criminis promitte-
re , & dare , paria sunt , Me-
noch . de arbitri . ad . lib .2 . cent .
4 . casu 342 . num .30 . & resti-
tuere tenetur oblatum , alias
præfato officiali non remit-
titur peccatum , nisi restituta
pecunia subdito , ut dicit text .
*en cap . peccatum nos remittitur de reg . iur . in 6 . sed si non habet realiter possibilitem foliandi , tunc secus cum impossibiliū nulla sit obligatio , l . possibilium , ff . de reg . iur . in 6 . Nām ob impossibilitatē , excusandus veniret , l . cura , § . inoper , ff . de mun . & honor . sed captius est , ut restituat , & erit tutus in foco consciē-
tiæ , cum nemō debeat , cum alterius detimento locuple-
tari , & ideo officialis non
debet pecuniam extorquere
95 à subditis quoque modo , nec
a Baronibus proueniens sub-
trahere prouenientes ex Ba-
ronis iurisdictione qui puni-*

retur pæna , § .1 . item lex Iu-
lia peculatus instit . de publicis
judic . Clar . in sua præf . crim . in
quæst . 68 . vers . officialis licet
dicat Boff . in rubr . de lege Iulia
peculatus , fol . 218 . quod qui
surripit pecuniam alicuius
ciuitatis , tunc non incidit in
legem Iuliam peculatus , sed
incidit in crimen de resid . ta-
men actio competit Baronis ,
vel eius ærario ad repetendam
pecuniam subtractam à pro-
uentibus ab officiali in sindi-
catu , cum prouentus debeat
esse Baronis , cum sint fructus
iurisdictionis , Anna alleg . 53 .
num .22 . Boer .dec .224 .num .6 .
ideò Baronis sunt restituendi
sive eius ærario in sindicatu
à sindicando parentibus .

*Disputatio quarelæ periurij com-
missi tempore officij , per of-
ficialem sindican-
dum .*

Soleat in ingressu officij , offi-
cialis iurare , obseruare con-
suetudines , capitula , priuile-
gia , decreta , eidem officiali
ostensa , publicata , & demō-
strata per sindicum , & Ele-
ctos , illius Universitatis ex-
hibita , & dum officialis pre-
fatus non obseruauerit ali-
quod capitulum , vel priuile-
gium sibi ostensum , & de-
mon-

monstratum incidit per iurium; Nam iuramentum, est obseruandum in forma specifica, Cauens in ritu 166. nu.
 2626. Rota Auenion. dec. 7. iuramentum obligat præcisè ad factum, Anton. Gabriel Rom. in suis conclus. in tit. de iur. iur. conclus. 8. Guid. Pap. dec 267. num. 1. cap. ad nostram de iure iur. ibi sicut iurauerunt, Bart. in l. amplius non peti, ff. rem. ratam hab. num. 3. nemo contra propriam iuramentum venire debet, glosa in cap. mulieri in verbo, ut contra proprium non veniat iuramentum de iure iur. cap. de viduis 27. q. 1. cap. si vero, & cap. cum contigat in fin. extra de iure iur. Hyppol. in sing. 356. iuramentum, & tanto magis est obseruandum, quando obseruat, sine interitu salutis æternæ, non debet esse iuramentum præfatum, vinculum ini-
 27 quitatis, cap. inter cætera, in verbo porrò 22. q. 4. glos. in c. non est obligatorium de reg. iur. in 6. c. quamvis de pactis in 6. ibi cum non vergat in æternæ salutis dispendium, quoniam non esset obseruandum glos. ibidem in verbo dispendium obuiatum periurijs, & animarum periculis, vt dicit rex. in cap. mulieri in fin. de iure iur. nam huiusmodi iuramentum præ-

statur officiali in principio officii, vt dicit, Niger in cap. regni item, quod omnes in rubro iur offici. iuramentum autem est affirmatio, iuramento firmata, Guid. Pap. dec. 155. nu. 3. in verbo nam iuramentum, & ideo iurans omnino debet, & tenetur illud obseruare, Guid. Pap. in d. dec. 627. num. 2. Rota Auen. dec. 108. num. 8. & per iurium non committitur, sine dolo, Boss. in tit. de per iur. num. 5. & pro præfato per iurio, antiquitus erat pæna manus, Carav. in ritu M.C.V. 109. 28 & in ritu 179: const. regni incip. eos qui scienter rubr. de per iur. quæ pæna hodie a prædicta recessit, sed punitur extraordinariè, Carav. in ritu 171. num. 2. Anna in sing. 604. Boss. in tit. de per iur. nu. 1. pæna stellionatus punitur, Boss. in rubr. de crim. stellion. num. 2. nam quando non datur certa accusatio, datur titulus criminis stellionatus, & deficit titulus criminis nominatus, vel innominatus, l. 3. §. stell. & §. ubique, ff. de crim. stellion. Boss. in sua prædicta crim. in tit. de crim. stellion. & committens per iurium peccat. c. qui sacramento 22. q. 4. gl. ibi componitur septennis pro pænitentia, pro per iurio, cap. hoc ipsum 23. q. 2. & peccat mortaliter, cap. per-

peruenit extr. de iureiur. quinimò peiurans infamis efficietur, l. si quis maior, C. de transact. & solum Papa, vel Rex possunt remittere infamiam, Bart. in l. infamem in si. ff. de public. indic. num. 13. & non potest promoueri ad ordines Sacerdotiales, ut in cap. infames 6. q. 1. lex contristatur de perjurio, gl. in l. cui relatum, & ibi Bal. C. de indict. vidu. tell. & perjurus falso committit, cap. illud de excess. prel. & glos. ibidem in verbo falso, & tanquam indignus priuatur, ut in cap. quarelam de iureiur. idcirco annis elapsis, quidam Capitaneus de Terra Petrar Paganæ, Provinciæ Basilicatæ, fuit condemnatus ad exulandum per certum tempus tempore sindic. pro quærela de perjurio exposita coram sondaoribus, de voto cuiusdam cōsultoris, de inobservatione capituli Vniuersitatis præfatae, secus est pro consuetudine non obseruata per officialem, cum iusta causa à pœna perjurii excuset probationis, Gratianus indecif. 148. num. 15. nām consuetudo non præsumitur, nisi probetur, l. in bello, §. saetæ, ff. de capt. & prop. terea iusta causa, ut dictum est, à perjurii pœna excusat

periurantem, ac in criminis 100 libus à dolo, Affl. dec. 31. n. 3. in fin. & periurium non committitur absque dolo, Anna in alleg. 101. num. 1. & quamvis periurium, solum Deum habeat vultorem, glo. in cap. quicumque, in verbo recipiatur 6. q. 1. Iason in l. si duos patroni, s. si quis iurauerit, ff. de iureiur. l. iurisurandi contempcta religio, C. de iureiur. tamen quando periurium non tendit ad ulterius damnum, ut in cap. illud de excess. prælat. non punitur, sed quando tendit in præiudicium alterius, puniri potest extraordinariè, arbitrio iudicis l. si ff. de criminis stellion. Anna in sing. 604. Menoch. de arbitr. iud. casu 381. num. 4. lib. 2. sed, & in arbitrii iudex non potest puniri, Menoch. casu 176. nu. 5. de arbitr. iud. cent. 2. si non poterat præiudicare, etiam si de liberate periurauerit, non potest de perjurio puniri in foro contentioso, sed tantum in foro animæ, secundum gl. præfatam in d. cap. quicumque 6. q. 1. Quando vero periurium tendit in damnum, ac interesse alterius, potest procedi criminaliter, & ciuiliter, Folter. in sua praet. in rub. fiat contestatio litis, num. 20. & prop. terea omnes officiales debet

101 à periorio abstinere, & iuramentum intrepidè obseruare.

Disputatio peremptionis instantiae
sindicatus, officialis sindicandi,
qui quando causæ
sindicatus possunt
decidere, &
quando
non

SIndicatus instantia, est duplex, vna, quæ incipit à die,
& hora termini præfixi, ad porrigendum quærelas contra sindicandum, ac ab hora
ædicti præconis. Alia verò
102 instantia currit à die litis
contestationis, glos. in l. 1. C.
de iudic. Carau. in ritu 288. n.
40. quando officialis per annum
exercuit, dantur dies 20.
ad porrigendum quærelas
præfatas, Niger. in cap. regni
statuimus num. 65. in fin. rub. de
sind. causæ verò sindicatus
prædicti sindicandi, sunt ex-
pediendæ infra præfatum
terminum ad prosequendum
quærelas, instantia sindica-
tus erit perempta, & sindicā-
dus molestari non posset, Par-
ris de Put. in tract. sind. in ver-
bo instantia, §. dicit constitutio
regni, Carau. in ritu 295. n. 21.
vt dixi supra in prima parte
num. 56, imò sindicatores ex-

pediendo causas sindicatus
post instantiam peremptam,
& consuleor puniri possent,
Mars. in sua pract. crimin. in §.
103 successuē, num. 8. Paris. in
sua pract. sind. in verbo instan-
tia, §. an si partes, cap. q. instan-
tia perempta, definit potes-
tas, Menoch. de arbitr. iud. q.
57. num. 17. lib. 2. dum causæ
sindicatus non fuerint decisæ
infra viginti dies datos ad
prosequendum; officialis di-
ceretur à sindicatu liberatus,
Corneus in conf. 5. incip. in hac
consultatione, vol. 4. Mangon.
dec. Florentina 90. num. 12. &
sindicandus liberaretur à sin-
dicatu, & quærelantes con-
demnarētur in expensis, Ma-
ranta in sua pract. in verbo, &
omnia fiant durante instantia,
Carau. in ritu 248. num. 16. &
17. sed quando adest confes-
sio sindicandi in causis, &
quærelis in sindicatu, possunt
causæ expediri post instantiæ
peremptam, Maranta in rub.

104 & omnia fiant durante in-
stantia, num. 60. Don Garsias
Mastrillus in dec. 70. num. 9. in
Regno Siciliæ in 1. part. princi-
pali, cum in confessis nullæ
sint iudicis partes, nisi in con-
demnando, Mangonius decis.
Florent. 88. num. 2. l. proinde,
§. notandum in ff. ad l. Aquil.
& confessio præfata iudicia-

*expeditio
gerardi*

lis est tantæ importanter, quæ tollit processus nullitatem,
Afl. dec. 372. incip. fuit latæ sententia, nu. 7. & 8. Gramat. in cons. 36 crim. num. 5. sindicatores autem debent expedire causas sindicatus cum celeritate, ne instantia perimat, & iurisdictio est paucotempore duratura, ut dixi in prima parte *nu. 31.* instantia præfati sindicatus, currat à momento ad momentum,
Paris de Put. in tract. de sind. in verbo instantia, sed si facto, aut culpa, ob subterfugia, & dilationes. sindicandi causæ sindicatus non potuerunt sententiari, tunc instantia, non perimit, causæ possunt expediti post terminum instantiæ præfatæ dierum 20. Bart. in l. si cum ipse, ff. de excusat. tut. num. 3. & ibi Bald. Carau. in ritu 295. num. 21. nam si instanta esset perempta, non culpa, aut dilatione sindicandi, præfatus sindicandus, esset ab obseruatione iudicij sindicatus absoluendus, *Andreas Alferius. Cortonensis in suo cons. 13. nu. 12. Carauita in ritu 248. num. 16. & 17.* secus est, si ob impedimentum consularis electi, causæ sindicatus non potuerunt decidi ratione infirmitatis, mortis, vel absentiæ, vel ex causa flu-

minis inundationis ob niuem, tempestatemque, aut ob grassatores viarum non potuit venire consultor ad decidendas sindicatus causas, instantia non esset in sindicatu perempta, vel processus 107 non potuerunt transmitti ad votandum ad cōsultorem pro causis præfatis nullatenus perimeret instātia sindicatus, l. 2. §. si quis tantum, in fin. ff. si quis caut. vers. & si quid sit quod imputetur ex tempestate, vel in fluminis, & §. quod enim eod. tit. Carauita in ritu 268. num. 4. ubi contumax, à contumacia excusatur, ob fluminis 108 inundationem, constito de præfato impedimento, argum. l. sed si per prætorem, §. fin. ff. ex quibus causis maior, & instantia non currit, iudicis impedimento, Angel. in l. fin. C. de adult. Amend. Iust. in tract. sind. num. 76. sed si quærelantes velint causas sindicatus prosequi, etiam instantia perempta, debent conuolare ad dominum circumspicū Præsidentē Sacri Regij Cō-sili, & impetrare spiritus insufflationem vitæ præfatae instantiæ, D. Garf. Mastrillus dec. 70. num. num. 8. in Regno Siciliæ, Gram. decis. 91. & sic poterint de nouo prosequi, habita vitæ spiritus insufflatione,

tione, Maranta in suo spec. in sexta parte, vers. inquisitio nū. 5. habita expensarum consideratione, vt Regia Pragm. instantiam cause, in rub. instantia cause non restituenda in antiquis, Rota Genuensis decis. 24. num. 1. Aurbore Ioanne Cantario illius Rotæ Senator, & Mangonius dec. Florent. 31. num. 1. & propterea sindicatores debent causas sindicatus expedire enim voto consultoris non suspecti, eligendi in limine expeditionis, alias ipsi tenentur ad interesse, argum. l. Titia, §. vsu-
ras ff. de damno infecto, gl. in l. 2. §. simili modo, ff. si quis caut. Paris in verbo carcer, carceratus cap. 2. nu. 7. in verbo Magistratus, fo. 141. quinimò etiam arbiter tenetur, Anna allegat. 37. & si sindicus, & electi fuerint renentes consultorem electum in uocari facere requisiti tamē, pro causarum sindicatus decisione, vel sportulas consignare prō votandis processibus, tenentur sindicus, & electi requisiti ad interesse, & de conerauētione Regiae Prag. Regiae dignitati, qui causam damni dat, causam dedisse videtur, l. qui occidit, §. in bac, ff. ad l. Aquil. nam sindicus, & electi tenentur sumptibus

l. auct. 1. v. 1. 1. 1.

Vniuersitatis salarium solvere consultori, recuperandum in fine a partibus succumbētibus, vt dicit dicta Reg. Pragmatica, & tenentur facere, quod aliis prodest, & eis nō nocet, ex naturali æquitate, glosa in l. in creditore, ff. de enīt. in verbo quod sine dispēdio, Anna in alleg. 78. num. 3. & ideo sindicatores, ne sindicatus instantia perimat, abreviare debent terminum ad prosequendum dilationes, & subterfugia refecare, & causas sindicatus, citō expedire, glosa in l. properandum, in princ. & ibi Alex. num. 6. vers. item nota, C. de iud. sequitur Carau. in ritu 245. num. 2. in causis verò ordinarijs, in criminalibus instantia, per Biennium perit, in ciuilibus verò, per triennium, Carauita in ritu 248. num. 1. Clarus in quæst. 51 vers. alia etiam.

De aduertimento consultoris Sindicatorum in sindicatu.

Antequam consultor sindicatorum deueniat ad decisionem causarum sindicatus, debet animaduertere, condemnare ad expensas, vel quærerantes, vel sindicandū si eidem consultori videbi-

tur iustum, ne remaneat Vniuersitas interessata pro expensis in sindicatu factis, nam expensæ non possunt omitti, aut referuari, vt in Pragm. prima, in rubr. de expensis, istæ expensæ sindicatus debentur à succumbente ex Regis prouidentia, vt in Pragmatica Regiæ dignitati, in tit. de sind. offic. glos. in autb. de iudicibus, q. oportet, Petrus Surdus in Senatu Mantuanæ decis. 261 nu. 9. Anna sing. 183. vbi expensæ debentur iure actionis, & semper debentur etiā stante iusta causa litigandi, Mangon. dec. Florent. 42. n. 15. & prefata pragmatica est obseruanda in forma specifica, vt dixi supra in prima parte, num. 22. & sic cum ista iusta causa quærelandi officialem in sindicatu, non consideratur respectu Vniuersitatis interessatæ, nec etiam iusta causa se tuendi, consideratur in sindicando, cum prefatae expensæ debeantur, iure actionis Vniuersitatis, ex regia pragmatica regiæ dignitatis ex regis cōdētis prouidentia, succumbens ab expensis nullatenus in sindicatu excusat, tam si quærelantes succumbunt, quam si sindicandus succumbit, nam dum succumbit, pars semper debet in

expensis condemnari, Paulus de Castro in l. deſtitif. ff. de ius-
112 dic. ex quo debuerunt ve-
nire instructi ad iudicium
quærelantes, ac præuisi, l. eū
quem temere, ff. de iudit. & si
condemnatur sindicandus in
expensis, debuit bene officiū
administrare, & mundas ha-
bere manus, iuxta l. iudices,
c. de dignit. lib. 12. & cōſultor
non debet iudicare, q. videtur
ex suo marte, sed secundum
bonum iudicium, optimum le-
113 gibis informatum, & secū-
dum opinionem communem
DD. vt dixi supra num. 19. &
22. & motum animi sui debet
testimonijs, argumentis ad-
herere veritati proximiora,
Vincent. de Franch. dec. 105. nu.
13. in 1. vol. Idem consultor
tenetur defendere eius sen-
tentias, pro causis decisis in
sindicatu si ab eis fuerit ap-
pellatum infra duos menses,
coram iudice declarando, vt
dicit prefata regia pragmati-
ca regiæ dignitati. Debetque
consultor, & sindicatores in
secreto sententias, seu vota
tenere, antequam publicen-
114 tur, & non propalare par-
tibus, Caran. in ritu 2. num. 2.
pragmat. 5. in tit. de off. iustitia-
rij, Idcirco quidam iudex vir
summæ doctrinæ fuit electus
avoto Senatorum, ex quo
eo-

corum vota reuelasset, ut dicit Thesaur. dec. Pedemont. I. in fine, & reuelantes secreta, sunt puniendi de falso, Paris in tract. de send. in verbo iudex num. 26. vers. idem in iudice, qui manifestauit sententiam, Anna sing. 383. in fin. & non debet pendere ad dexteram, neque ad sinistram, glos. in verbo medius, ubi falsi, C. ad 115 l. Corn. de fals. cum iudicare sit periculosem, glos. in l. re non nouam, C. de indic. in verbo praesidio.

De sententijs sindicatus publicandis, & de ipsarum exequitione.

Votatis causis omnibus sindicatus, per consultorem electum non suspectum, praefatae sententiae legi, ac publicari debent per Astuarium, sindicatus, coram sindicato-ribus pro tribunali sedenti- bus a verbo ad verbum, alias sententiae non valerent, Anna in sing. 473. & omnes sindicatores debent esse presen- tes, alias si ab uno ex sindica- 116 toribus publicarentur, esset nullæ, l. sicuti, ff. de arbitr. l. itē si unus, item si plures, ff. co- dem tit. & si legerentur vota consultoris, v.g. ita consulo- esse condemnandum, sunt

nullæ, cū debeat inseri tenor, Maranta in suo specul. in 16. dist. num. 23. rubr. validum, in ualidum, & licet sententiae de nocte fierent, & propalen- tur non valerent, Vant. in tract. de nullii. & defectu iuri- dict. num. 132. Tamen secus est in sententiis sindicatorum, quæ valent, cum iurisdictio ipsatum sit paucō tempore duratura, Mars. in sua praet. crim. in §. constante nu. 10. cir- ea medium, & publicatis sen- tentijs praefatis, si contigerit esse condemnatum sindican- dum ad aliquam pænam cor- poralem, ad exulandum, vel ad relegandum, & si fuerit appellatum a praefata senten- tia à sindicando, vel à quæ- rulante à minoritate pænae, sindicandus reperiatur car- ceratus appellatione penden- te, non posset excarcerari, Carau. in ritu 261. num. 3. An- 117 na in sing. 32. secus est, quā- do Fiscus appellaslet ab ali- qua sententia, Carauita in ritu 258. n. 3.

A qua sententia sindicato- rum non potest appellari ad Audientiam secundarum cau- sarum Baronis, sed ad Regia. 118. Tribunalia Regis, a quo fluxit iurisdictio sindicatorū, Carau. in ritu 295. nam iuri- dictio debet fieri ad illum, a quo

quo fluxit. Vant. in tract. de nullit. inoub. de nullit. ex defectu iurisdictionis n. 10. Grammat. voto 28. m. 12. Sed si sindicandus, vel querelantes appellauerint à præfata sententia prolatæ, pro causa ciuili, per ipsos sindicatores præfita cautione in casu retractationis, potest exequi, regia pragmatica regie dignitati, Niger in cap. regni ite statim, in rubr. de sindic. quo 2d capitale, non autem quo ad expensas, Affl. decif. 23 L num. 5. & in dec. 35 8. n. 8. Sed si fuerit de nullitate dictum non possum exequi ap- pellatione pendente, Prag. 2. de appellat. exceptio nullitatis impedit exequitionem sententiae, ut dicit Stephanus Gratianus in Rota Provincie Marchæ dec. 18 num. 3. l. con- demnatum, ff. de re iudic. Sed quando à sindicatus sententiis fuerit appellatum, ego dedi terminum dierum duorum ad producendas nullitates, & infraeundem terminum discutiantur, quo termino clapo, & non militantisibus nullitatibus prouidi, quod rei & is nullitatibus præfatis exequantur sententia, cum cautione restituendi in casu retractationis, quando præfatae nullitates non militan-

tarent, & essent calumniosæ propositæ, exequi sententias feci iusta forma regia Pragm. regia dignitati, & si terminus præfixus ad producendas nullitates esset elapsus, & nihil pars produxisset, censetur renunciatum nullitati, terminus lapsus habet vim sententiæ Gars. Mastrillus in Regno Sicil. dec. 11. num. 5. Anna in alleg. 93. n. 6. Nā sindicatores possunt prouidere circa allegatas nullitates, cum ipsorum iurisdiction non aspiret, l. si ut proposis. C. quomodo, & quo- niam index, & l. i. C. eodem, Felyn. in cap. qualiter, & quando, extra de accusat. Gars. Mastrill. in Regno Siciliae in decis. 62. prò fideiussione præstata per sindicandum in Sindicatu, possum principalis sindicandus, & fideiussor carcerari, ac ipsorum bona exequi, Vinc. de Franch. dec. 200. num. 3. Anna in sing. 69. pro quorum carceratione, carcerius clavium carceris deten- tor, pro habendis clavibus præfati carceris, possunt astringi, compelli ad dandas claves præfatas sindicatori- bus, & præfati sindicatores possunt facere mandatum pç. nale, præfato carceris clavium detentori, quod sub tali pæna Regio Fisco appli- can-

canda, statim consignet claves, & non obediens potest carcerari, & certiorari. Percepitor prouentuum M. C. pro exactione penae praeditus, ut dixi supra in prima parte n. 220. cum iurisdictio sindicorum exerceri non posset, absque huiusmodi potestate, & omnia censentur permissa, sine quibus, sindicorum iurisdictio exerceri non posset, ut dixi supra in prima parte num. 134. sed quando exequitur virtute prolate sententiæ, non potest exequi personaliter, sed iuris forma seruata, *Afl. dec. 215. l. à Diuo Pio, § in venditione, ff. de alias nulliter index agit Gars. Mistrill. dec. 99. num. 4.* Regni Siciliæ, & facta exequutione, ac relatione est faciendum mandatum ad reliendum, *glos. in l. fin. C. de iur. dom. impetr. l. 4. ff. de distract. pignor. infra dies duos secundum consuetudinem omnium Curiarum Regni, & si bona non extarent, & nomina debitorum, sindicandus esset carcerandus.* Nam qui non habet in ære luat, in corpore. *Decius in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omn. iud. colum. 3. in r. not. l. fin. ff. de in ius voc. Vincent. de Franch dec. 358. in 2. vol. num. I. & 3. sed si pre-*

fatus sindicandus allegaverit, se esse pauperem, & non teneri, nisi in quantum facere potest, si fuit condemnatus per imprudentiam, aut imperitiam, non posset carcerari, *Bos. in tit. de officiis corrupt. n. 23; in sua praet. crim. secus si per dolum, aut fraudem iudicauerit, sed hoc nunquam discutitur, cū pro honore sindicandus statim soluit condemnationem, honor cunctis rebus est præferendus, & melius est mori, quam in honestè viuere, ut dicit Diuus Augustinus in tit. de ciuitate Dei lib. I. cap. 18. Rota Auenion. dec. 123; nu. 10. honor est præferendus, etiam comodo pecuniario, l. isti, §. quod si ff. quod metus causa, dicit, quod timor ammissionis honoris, est maior timore mortis, ut sequitur Carauita in ritu 5. num. 5. Honor est præferendus cunctis rebus, & ideo officialis obcōdemnationem, non est verosimile pati, se carcerari, sed soluere, si vero fuerit tempus elapsum præfixum in mandato ad reliendum bonorum exequitorum sindicandi, parte petente licentiā devendendo sindicatores im. partiri debent, licentiam de vendendo bona exequuta, ven-*

vendi legitimis iubestationibus præcedentibus, *l. miles*, §. penult. ff. de re indic. & plus offerenti liberari, & est citandus sindicandus dominibus exequutionis, *Afl. dec. 358.* num. 10. & si forte non repetitur emptor, tempore substationis, exequutionis vendendę, debent eligi appretiatores non suspecti ad appretiandam exequutionem, prædictam, *Capyc. dec. 138. in f. Anna in sing. 274.* præfixo termino ad producendos suspectos, si quos partes habēt, qui appretiatores electi non suspecti, appretio factio, debent inscriptis appretium referre, & non requiritur citatio: *Anna in sing. 78.* bona præfata exequuta sunt adiudicanda creditori, & in adjudicatione, est citandus sindicandus dominus exequutionis, alias nulla esset adiudicatio, *Afl. dec. 187.* num. 3. qua adjudicatione facta, cessat ius offerendi, *Afl. d. dec. 187. Anna in sing. 443.* & qui habet anteriorem hypothecam pro sorte principali, habet anteriorem hypothecam pro interesse, *l. Lucius*, ff. qui pot. in pign. habeantur, 131 sed si fieri exequututio cōgra fideiussorem sindicandi, & reperiretur inops, & in-

habilis, sindicatores debent de eorum marsupio reficere, *Boss. in tit. de carcer. fideiuss. comm. nu. 70. in sua præf. crim.* 132 imò si ijdem sindicatores fideiussent, tenerentur, *Paris de Put. in tract. find. in verbo fideiussor num. 6.* cum qui libet posse fideiubere pro alio, *l. fideiubere pro alio*, ff. de fideiuss. & mandat, & vni ex sindicatoribus fideiussoribus præfatis sindicandi, non datur actio contra alium, nisi actio sit cessa, *l. ubi fideiussor, ff. eod. tit. ibi Bart.*

De expensis in sindicatus taxandis.

Expense ad quas sindicatus, vel querelantes fuerint condemnati in sindicatu per sindicatores, de voto consultoris non suspecti electi, possunt taxari, sed non exequi appellatione pendente, *Caravita in ritu 257. An-* 133 *na in 31.* sed si fuerit per superidem inhibitum, non possent, nec taxari, neque exequi, *Carav. in ritu 298. n.* 24. & 25. & quando in sententia non adesset clausula reseruationis expensas taxandi, quarum taxationem nobis reseruamus, non possent 134 taxari, cum iudex officio suo

suo functus sit, sed officialis superior taxat, *Carauita in ritu 310. num. 2.* & si expensæ fuerint taxatae, potest appellare à nimia taxatione expensarum, *Carau. in ritu 298. num. 22.* in quibus taxan- dis expensis, non venit sala- rium sindicatorum, cum Vni- uersitas teneatur, illud sol- uere sindicatoribus, l. anno- nas, C. de mil anu. lib. 12. Pa- ris de Put. in tract. in verbo ro.

135 *boraria cap. 4. fol. 287. incip.*
An sindicatores, num. 2. in ver- bo expensæ, num. 5. ubi dicit, quod officialis visitans pro- uinciam, debet suis sumptibus visitare, & sic dum Vniuersi- tas petat officialem sindicari in præfato loco, debet ipsa Vniuersitas salarium soluere sindicatoribus, & fit lista per Actuarium sindicatus omnium expensarum in sindicatu erogatarum, & acta debent solui secundum pan- dectam illius loci, in quo sin- dicatus geritur, & inter-

136 pretantur secundum con- suetudinem loci, in quo est celebratus, *Affl dec. 226. n. 4.* salarium vero aduocati, & procuratori, est taxandum arbitrio iudicis, inspecta qua- litate personarum, & causa- rum, & consuetudinis, *Bart.* in l. ab exequitore, *ff de ap-*

137 *pellat. & relat. num. 15. vers.*
item si iudex, nam non est soluendum quantum promis- sum est, aut solutum, sed quantum iustum iudici vide- bitur, *Mangon. dec. Flor. 10. n.*
4. *Guid. Papa dec. 155. nu. 1.*
 & debetur etiā si, partes con- cordauerint, *Mangon. dec. 12.*
num. 3. quinimò, debetur sa- larium aduocato in princi- pio causæ, & medio, & fine, *Mangon. dec. Florent. 12. nu. 5.*
 & salarium debetur quantum iudici videtur iustum, *Ca- rau. in ritu 310. nu. 10.* & sol- uitur pro modo litis, ac ad- uocati facundia, & fori con- suetudine, l. I. §. in honorarijs ff. de varijs, & extraord. co- gnit. glosa in l. I. §. ait prætor, ff. de postul. ideo actuarius nō debet describere præfatum salarium in lista, sed in albo derelinquere, cum sit taxandum per consultorem sindi- catorum, aduocatus non te- netur gratis aduocare, nisi pro Ecclesia, & pro paupe- re, glosa in cap. statutum §. in-
138 super in verbo pauperes in fi. de rescript in 6. & licet sū- ma alicuius sententiae non ascenderet ad vntias duas, pro capitali, posset exequi, præstata cautione, *Carau. in ritu 257.* tamen pro expensis non posset exequi, *Carauita in*

in dicto citato ritu 157. vers.
 3. intellige nu. 5. sed si de nullitate est dictum , non potest exequi appellatione pendente, Anna sing.299. quando opponitur nullitas , coram quo fuit sententia prolat a , nunquam annullaretur sententia , quoniam versaretur turpitudo in declarando sententiam nullam , & propterea debet conuolare ad superiorem .
Vantius in tract. de nullit. in rubr. coram quo possit , & debet nullitas proponi nu. 11. fol. 19. cum nemō debeat esse suae propriae iniqnitatis cognitor , salarium consultoris si venerit ad decidendas causas , est taxandum pro die tis , pro rata cuiuslibet quærelæ , sumptibus succumbentis , v. g. si sunt decem quærelæ , & causæ , & consultor stetit per decem dies , soluerentur pro qualibet dieta , cōsultoris eiusq; famuli caro leni quindecim , qui debent diuidi inter partes condemnatas pro rata , in quo salario connumerabuntur cibaria , & aliæ expensæ factæ in sindicatu , & quælibet pars 141 tenetur pro rata sua contribuere , Afl. dec. 215. n. 1. in fi. & præfatæ expensæ debentur ultra præfatum consultoris salarium à parte suc-

cumbente , nàm succumbens debet in expensis condemnari , Paul. de Castro in l. destitisse , ff. de iudic. vbi dicit , q̄ actor dum succumbit est in expensis condemnandus , debuit venire bene præuisus ad iudicium , ac instruētus , cum erat in potestate sua , quando ageret , securus est in reo , vt in l. puræ , §. si. ff. doli excep. vbi is autem cum quo agitur non habet potestatem , l. si quando , C. de dilat. vbi actori dilatio non est danda , sed reo , quia ad alienum iudicē citatus sibi præuidere non potuit , sed iusta causa querelandi non excusat ab expensis , nec iusta causa tuerdi , sūndicandum excusat ab expensis , vt dixi supra num.

*De sindicatu Actuariorum
Temporalium.*

Actuarij temporales omnium Curiarum Regni , sindicatu parere debent , vt dicit capitulum Regni , item quod prædicti in rubr. quod officiales , & actuarij sint annales , & ibi Niger. num. 2 Anna in alleg. 15. num. 6. nec posunt pro subsequenti anno re firmari , vt dicit ibidem Anna num. 1. debent dicta testiū 143 integrè scribere , tām pro Fi-

Fisco, quam contra Fiscum, ut in Regia Pragmatica incip. Item, quia, in rubr. de off. iustitiarij, Carau. in ritu 234. num. 3. Niger. in cap. regni si cum sceleratis, num. 37. in rubr. de præb. M.C.V. nam testis debet
 144 dicere veritatem pro vtraque parte, Vinc. de Franch. decis. 222. num. 7. in prima parte, & si non scribunt dicta testimoniū, possunt de falso puniri, tanquam occultantes veritatem, l. presbiteri, C. de Episc. & Cler. proditor dicitur, qui veritatem non pronunciat, cap. nolite timere, in verbo proditor. 11. q. 3. Ludou. Alfer. Corton. in conf. I. num. 4. occultatores veritatis, possunt de falso puniri, Angel. de malef. in verbo falsario num. 20. in fin. & puniuntur etiam quando ante publicationem processus, Actuarii demonstrant
 145 processum parti, aut dicta testimoniū, Paris de Put. in tract. de sind. in rubr. de excess. ad uoc. num. 9. vel quando secreta partis alteri parti reuelat, ut faciunt aduocati, Paris ibi. dem num. 6. si fuerit etiam quærelans in causa criminalli, non potest processum videre antea publicationem causæ, nisi prius renuntiauerit probationibus futuris, ut dicit auth. innom. in tract. Ma-

rini Frecc. deliquidat instrum. in addit. num. 53. in 4. consideratione in fine, & dicta pragmatica quotidie utitur M.C.V. Nec possunt obligationes capere, nisi iudice præsente, vel eo mandante, alias essent nullæ, l. instar, C. de iur. Fisci lib. 10. hodie est Regia Pragmatica in rubr. de act. pragm. 14. & 15. quæ dictant, quod actuarii non possit capere obligationes, absque subscriptione duorum testimoniū cognoscientium contrahentes cū clausula annullativa, sub pena ducatorum mille: Actuarij verò Sacri Regii Consilij, Regiæ Cameræ Summarie, M. C. V. qui cum sint vitæ durante, non sindicatur, sed visitantur à Domino Regis visitatore, Carauita in ritu M.C.V. 295. num. 19 & prefati temporales actuarii ipsorum scribent, quando non scribunt relationem nuncij intimantis scripturas partibus, acta dicuntur nulla, ex defectu citationis omisæ, cū citatio nullatenus omitti possit, iuxta l. de unoquoque, ff. de re iud. & negligentes scribere relationes in actis possunt puniri Actuarii, Menoch. in tit. de arbitr. iud. casu 341. n. 4 cent. 4. lib. 2. & cum partem laesit in non scribendo rela-

tionem, tenentur ad interesse parti, *Menoch. in tract. de arbitr. iud. q. 65. num. 2. & 9.*
2 centur. & actuarius tenetur ad expensas, si absque dolo, per obliuionem scribere re-
 148 lationem intimationis o-
 miserunt, sed si dolo fecerint, tenentur pæna falsi, tanquam cælantes veritatem, *Angelus de malef. in sua tract. crim. in tit. de falsis num. 139. fol. 99.*
 in sindicatu pariter Actuarii præfati tenentur, quando
 149 scribunt quærelas actionū quærelarum verbalium, ab-
 sique libello porrecto per par-
 tem quærelantem, iuxta formam regiæ Pragmat. 38.
 de off. Actuarij incip. Item, che nessuno dell' Actuarij, quæ regia pragmatica habet lo-
 cum in toto regno, Carauita in ritu 311. n. 7. & 8. & quādo capiunt quærelas friuolas in eorum bastardello, & car-
 tulis, seu sacarta facijs ma-
 culatis oleo, & nigredine, quæ scripturæ redduntur su-
 spetæ, *Bald. in l. contractus, colum. 3. vers. adde quod istū, L. de fide instrum. Alex. in l. pre- tor, §. si initium colum. 1. ff. de edendo, & quod peius ex- minant testes, in præfatis quærelis in absentia officia- lis, & pro lucri cupiditate, scribunt aliter, quam testes*

deponunt, vt appareat expe-
 rientia, & ideo ad remouen-
 dum præfata, omnes testes
 sunt examinandi coram offi-
 ciali, & subscribi oportet de-
 positiones testium, *Clarus in sua tract. crimin. in quest. 53.*
 150 vers. quintus est casus, in fin-
 cum sit obuiandum hominū malitiis, l. in fundo, ff. de rei vendic. in verbo, neque enim malitijs indulgendum est; Nec Actuarii possunt alios substi-
 tuere, cū personæ industria, sit electa, l. inter artifices, ff. de solut. Niger. in cap. regni, Item quod prædicti, nu. 4. rubr. quod officiales seruant de per-
 sona, & debent assistere de persona, & debet obseruare pandectam, & recipere sala-
 rium solitum, & consuetum actorum; Näm acta iudicii dicuntur cautiones, satisfacio-
 nes, & consilia, acta vero li-
 tis dicuntur testium attestations, & omnia, factum re-
 spicientia, *Guid. Pap. decis. 516. num. 4.* & tenentur con-
 seruare omnes scripturas præ-
 152 fati Actuarii, *Carau. in ritu 24. num. 1.* conseruatio scrip-
 turarum spectat ad Actuariū,
 153 ideo processus debent cu-
 stodiri per actuarium, & nō per officiale, qui tandem processus debet retinere, quandiu eis intendit studere pro

pro proferenda sententia, vel prouidendi causa super aliquo eausē incidenti, & occul-
154 tans, comburens, lacerans scripturam, tenetur pœna falsi, *Angel. de malef. in sua pract. crim. in verbo falsario*, num. 20. in fin. & si occupauerit librum mandatorum, vel obligationum, vel contumaciarum, ita quod non apparet veritas, tenetur pœna falsi, *Thesaur. decis. Pedamont.*
171. secus est, quando aliquis confecit librū, aut scripturam ad sui commodum, & instructionem, nām quilibet reis uæ sit arbiter, & moderator, *l. in remandata, C. mād.* corruptens verò Actuariū perdit causam, *l. in fraudem*,
157 *S. quoties*, de iure Fisci, *l. si quis obreferit, ff. de fals. nām* actuarius non habet, nisi potestatem scribendi, dictandi, ac testes examinandi, *Carau. in ritu 9. num. 4. in fi.* & quāuis Actuarius sit officialis im- proprius, *Carau. in ritu 49. nu.*
23. Idcirco propria curia co gnoscit de ipsorum delictis, *Vinc de Franch. dec. 407. in se cunda parte*, & ideo isti A- ctuarij non possunt ciues carcerare, arrestare, tam prin- cipales inquisitos, quam te- stes, cum careant iurisdictione, & possent puniri pœna

vsurpatæ iurisdictionis, vt di- xi supra in prima parte, & in sindicatu possunt mole- stari.

De sindicatu Magistratinu- dinarum.

Nomen magistri plures si gnificationes habet, nām aliquando dicitur Magister iuratus, *Niger in cap. regni*, item statuimus, rubr. quod nō statuanur familiares, & ma gister portulanus tenetur pa rere sindicatui, iusta formā prouisionem instructionum,

156 Regiæ Cameræ, Magister gramaticæ, qui habet leuem cohortionem aduersus suos discipulos, *Clarus in sua pract. crim in quest. 56. vers. potest*, *Ambrosius Calepinus in suo Dictionario*, in verbo Magi ster. Nām magister nundi narum dicitur ille qui exerceat, & habet merum, & mix tum Imperium in Nundinis.

Et in multis casibus, & cau sis tenetur in sindicatu, quādo à mercatoribus exigit sa larium duplicatum actorum, & decretorum, & non tra- stantur mercatores, vt ciues, cum actorum solutio sit fa cienda, secundum iustam pā dectam illius loci, in quo nū dinæ sunt, secundum supra di-

dictam consuetudinem, qui-
 157 nimò mercatores debet es-
 se immunes à solutione spor-
 tularum, *Maranta in rubr.* ut
iudicium mercatorum nu. 149.
vers. cum in causis idèò auctor.
 debet iustum salaryum solue-
 re, ac reus, nàm ciuiis litigas
 auctor, & aduena reus litigans
 conuentus coram magistro
 nundinarum, non debet ad
 imparia iudicari cù sit æqua-
 litas seruanda, *l. terminato,*
C. de fruct. & lit. expens. Dy-
 158 *nus in regula in iudicijs n. 3.*
vers. item debet in iudicijs de
reg. iuris in 6. nàm officiales
 omnes debent tenere subdi-
 totos, sicut pater circa eius fi-
 lios, ut in *auth.* ut *indices sine*
quoque suffragio. §. & eos, &
in auth. ius iurandum. quod
præstatur ab his, & deuotos au-
rem. Pietas autem in patre,
 & non in atrocitate consiste-
 re debet, & consilium pro li-
 beris capere, *l. diuus, ff. ad l.*
Pomp. de paricid. l. nec in ea,
§. penult. ff. de auct. & ideo
 magister Nundinarum debet
 tractare mercatores, & ne-
 gotiantes in nundinis suos
 subiectos, tanquam filios.
 Multoties magister nundina-
 rum, nō solum eos malè tra-
 ctat, sed procedit ad seque-
 strum contra ipsos, ad solam
 creditoris prætensi assertio-

nem contra, *l. unica, C. de*
prob. sequestr. pec. cum in se-
questro faciendo, nonnulla
 debeant interuenire, quod
 summariae constet de iure
 creditoris, & vocetur ille à
 quo prætenditur interesse, &
 in cuius præiudicium oppo-
 nitur præfatum sequestrum
 fieri, & qui petit fieri seque-
 strum, faciat ad sui iuris, &
 debiti consequentem, & non
 causa calumniandi, & quod
 ex persona prefati debitoris,
 vel alterius, contra quem
 petitur sequestrum fieri, im-
 mineat periculum, vel appa-
 reat suspicio, ut in *l. Impe-*
ratores, §. fin. ff. de appellat.
 & ibi glosa in verbo apud se-
 questrum, *Guid. Pap dec. 246.*
 quibus non concurrentibus,
 non potest fieri sequestrum,
Niger. in cap. regni, item nul-
lus, rubr. quod non arte sten-
tur n. 4. neque personæ pos-
 160 *sunt de facto capi pro ali-*
quo credito in nundinis, nisi
 prius constet de credito sum-
 mariæ, *Niger. in cap. regni nu.*
10. & ita obseruat M. C. V.
Nuntius Tartaglia in sua pra-
xi eiusdem M. C. rerum ciuilium
num. 53. fol. 25. & suspicio fu-
 gæ est probanda, ad minus p
 duos testes, *Carauta in ritu*
170. nu. 9. & liquere de cre-
 dito, *Paris in tract. sind. im-*
ver-

verbo captura, num. 16. cap. 1.
nām a captura non est inci-
piendum, nec ab exequitione,
l. i. C. de exequitione rei
iudic. l. I. C. de prob. sequestr.
pecuniae.

Sed nulla facta discussione,
magister nundinarum proce-
dit levato velo, de facto, ad
carcerationem personarum,
ad solam assertionem credi-
toris, absque consilio consul-
toris, meritò per Illustris. &
Excellentissimum Dominum
D. Alphonsum de Pimentel
d'Herrera Regni Proregem
iustissimum, fuit emanata
Regia Pragmatica sub die 5.
Februarii 1610. quod nullus
officialis, sub poena ducato-
rum mille, tam in causis cri-
minalibus, quam ciuilibus
possit aliquem capere de per-
sona, absque consilio consul-
toris, & alia pœna arbitra-
ria reseruata, *Niger. in cap. re-*
gni, statutus, vt nullus, n. 5.
& 6. rubr. vt nullus officialis,
& procedens iniuste ad cap-
turam, Magister nundinarum
tenetur in sindicatu actione
iniuriarum, & de indebito
62 carcere, vt dixi supra num.
... Potest pariter idem puni-
ri Magister nundinarum, quan-
do requisitus ne fieri permit-
tat, permittit per mercato-
res, aut ciues, aut alias per-

sonas committi monopolium;
tenetur Magister nundinarum
pœna denegatæ iustitiae, v.g.
rotulus panis venditur granis
quinque, chariori pretio, dum
valet granis duobus, aut in
vino, vel in alia re comesti-
bili, vel aliare, dicitur com-
mitti monopolium, & pos-
sunt tales puniri vendentes
chariori pretio, vel ultra
quam fuerit taxatum per Iu-
dicem, *Menoch. in tract. de ar-*
bitr. iud. casu 384. cent. 4. lib. 2.
num. 1. & 2. & isti tales mo-
nopolium committitur, & in-
ter eos coniurando, l. unica,
C. de monopol. & ibi AZO, in
sua summa, Rota Auenion. de-
cis. 89. num. 3. Ideò Magister
nundinarum debet animad-
uertere, ut cibaria in nundi-
nis vendantur solito, & non
chariori pretio, prout inter
ciues, quoniam mercatores
non debent male tractari, cu
163 ex humanitate debeamus
fouere, *cap. pasce 86. dist. &*
in c. iudæi de testib. vbi oportet
eis ex sola humanitate fo-
ueri, & ideo Magister nundi-
narum potest ex officio pro-
cedere in talibus, cum mo-
nopolium, quod committi-
tur a talibus sit notorium.

Nec Magister nundinarum
debet trigesimam exigere a
litigancibus, nec ab actore
fac-

succubence , neque à reo , nisi ex actu iurato , cum ex periurio , possit perjurans pē-
 164 na puniri extraordinaria , vt dixi supra num... Caravita
in ritu 171. num. 2. circa finem.
Marant. in suo spec. in 9. mem-
bro primæ partis num. 74. in
rubr. aduertatur ad exceptio-
nones oppositas, non debet se
intromittere, in causis extra
nundinas, & non concernen-
tibus nundinas, Maranta in
suo spec. in verbo, ut iudicium
mercatorum num. 83. & 85. in
9. dist. prineip. & in nundinis,
non debet conuenire in suo
foro, aliquem extra causas
nundinarum, & concernen-
tes, sed quoniam de immemo-
rabili antiquissima consuetu-
dine terræ Atellæ patriæ fer-
tilissimæ, dotatæ viris litera-
tis, viris probis, & maximis
frugibus, vbi in anno fuit
duæ feriæ Sancti Viti, & Sā-
&æ Mariæ de mense Septem-
bris, & ego multis annis fui
consultor Magistri nundina-
rum, est consuetum transa.
& tis tribus diebus dictarum fe-
riarum, quod ciues possunt
conuenire ciues, in iudicio
mercatorum, & coram ipso,
& excedens formam consue-
tudinis, legem excedit, Me-
noch. de arbitr. iud. quæst. 71.
num. 3 lib. 1. quæ p̄fata cō-

suetudo tribuit iurisdictionē ;
etiam alias non habenti, l. fi.
ff. de aqua, & pluia arcenda,
Maranta in sua spec. in rubr. vt
iudicium mercatorum nu. 92.
in 9. dist. quæ consuetudo tā-
quam inueterata, & ab eis-
dem ciuibus continuata, &
approbata, est pro lege ob-
 165 *seruanda, l. de quibus, § in-*
ueterata, ff. de legibus, & ma-
gister nundinarum, debet ob-
seruare consuetudinem loci,
glos. in cap. illud, 22. distinct. in
verbo, & legatus seruabit cō-
suetudinem prouinriæ, l. 3. in fi.
ff. de test. & faciendum est, q̄
sæpè est factum in nundinarū
foro, l. 1.C. quæ sit longa con-
suetudo, l. qui luminibus, ff. de
seruit. præd. vrban. l. 1. ff. de
aqua, & pluia arcenda. Prop-
terea potest causas ciuium
determinare inter ciues iuxta
solutum, & consuetudinem
antiquā, Menoch. in tit. de ar-
bitr. iud. lib. 1. quæst. 71. nu. 6.
& 8. quam consuetudinem
ordinavit obseruari in feria
Atellæ, doctissimus Doctor
Maecellus Loctorius Ciuita-
ris Theani nobilissimus Gu-
bernator Gene. status Prin-
cipis Alcoli.

De sindicatu sindici, & ele-
torum.

SIndicus, & electi officium administrare non possunt, nisi sint electi à populo, cū interuentu officialis ordinarij, 166 qui interuenire debet in parlamento Vniuersitatis, Anna in sing. 367. pragm. 2. in rubr. de administrat. Vniuers. & præfati officiales creati possunt compelli, & cogi ad creandum sindicū subsequenter, Bart. in l. 3. num. 18 in fin ff de alim. & cib. leg. quoniam absque rectoribus, Vni- 167 uersitas esse nō potest, & si non fuerint electi à populo, cum interuentu officialis, officium exercere non possent; Qui officiales creati, tenentur exigere à debitoribus Vniuersitatis significatis à Rationali, debitum liquidū Pragmatica 11. in eodem tit. de 168 administrat. Vniuers. alias tenentur in sindicatu ipsi reddere Vniuersitati omne damnum, ac interestesse, & pecuniam soluere, negligentia eorum non exactam. Nec possunt pro subsequenti anno refirmari, cum sint anna- 169 les, Anna in alleg. 15. Vinc. de Franch. dec. 210. in 1. vol. Non debent delinquere in officio præfato, & res Vni-

uersitatis, aut pecunias furari, quoniam priuari debet officio, & puniri, Menoch. in tit. de arbitr. iud. casu 341. cēt. 4. lib 2. num. 8. & interim interdictum administratio, Vincent. dec. 8. num. 3. 1. volum. non debent præfati sindicus, & electi admittere ad hospitandum aliquem commissarium, quacumque potestate, & autoritate fungētem, nisi prius exhibita commissione hospitandi, à superioribus sibi concessa, ut in Pragmat. 4. incip. Don Petrus Giron. sub die 14. Octobris 1584. edi- 170 ta per Illustrissimum, & Excellentissimum Ducem Ossunorum, tunc Viceregē, & in præfata commissione mandauerint, quod commissarius sit cōtentus lecto, oleo, & lignis neque debet admitti ad hospitandum, in domibus pauperum personarum, sed debent sindicus, & electi dare eidem commissario, omnia in dicta commissione cōtentia, scilicet lectum domū, & paleam, de quibus commissarius debet esse contentus, ut in prag. 2. in rubr. de commissar. incip. Carolus Quintus. Nec debent sindicus, & electi admittere Capitaneum ad exercendum officium, aut assessorem, nisi prius exhibi-

ta commissione, ut per Annam in alleg. 143. n. 2. & praesita cautione de parendo fin
171 dicatui, ut dicit reg. prag.
incip. caueant, prag. 41. iustit. de
off. procurat. Cæsar is, nec de-
bent admittere Actuarium,
ad exercendum officium, nisi
172 præsita cautione de par-
endo sindicatu, & de obseruā-
do pandectam iurauerit, &
demonstratis literis per om-
nes subscriptos liberatoriali-
bus sindicatus aliorum offi-
ciorum, alias non admitti,
Niger in cap. item statuimus, n.
60. de sindic. non possunt eli-
173 gi pater, & frater sindicus,
vt in prag 15. eod. tit. nec de-
bitores Vniuersitatis pragma-
tica 16. eod tit. & debent sindi-
cus, & electi in hospitijs
contribuere, prout alii pau-
peres, Anna in sing. 482. &
collectæ solui debent seruata
forma apprætij, per appræ-
tiatores probatæ vitæ, Nig.
in cap. regni porrecta rubr. de
modo, & forma appretij, n. 23.
& pro bonis diminutis, dimi-
nuitur collecta, Anna in al-
leg. 16. num. 1. & isti sindicus,
& electi, sèpè procedunt ad
capiēdos computum sindici
prædecessoris, & electorum,
174 per calculatorem electum,
dum rationalis sit eligendus
ad videndum, & capiendum.

computum prag. 3. item vo-
gliamo, in eod. tit. & dum eli-
gunt calculatorem, & non
Rationalem, veniunt contra
formam, & mentem præfa-
tæ regiæ pragmaticæ, glof. in
l. non dubium, C. de legibus,
quæ forma regiæ pragmati-
cæ est obseruanda in forma
specifica, ut dixi supra num.
22. & 23. nam discutiendum
est coram Rationali electo,
non suspecto eligendo, Ca-
puc. decis. 138. Anna in sing.
274. super omnibus partitis
impensis, si sunt in commodū
& beneficium Vniuersitatis,
in utilitate, & comodum,
cum subscriptione electorū à
carolenis quinq; supra prag.
3. in rub. de admin. Vniuers.
Nec sindicus, & electi pos-
sunt seruire per substitutum,
cum sit electa industria per-
175 sonæ, l. inter artifices, ff. de
solut. Niger in cap. regni si cum
sceleratis n. 3. vers. illud quod
dicitur, nu. 31. in rubr. de præ-
hēm. M.C.V. secus est si ob in-
firmitatem, vel absentiam,
non affectatam elegerit sub-
stitutum, quoniā tuac ista
causa excusat, l. 1. 2. & 3. C.
qui morbo se excusant lib. 10.
& inhabilis effectus sindicus,
ex accidenti admoueri non
debet, Menoch. de arbitr. ind.
q. 55. num. 6. lib. 1. & præfa-
ti

ti sindicus , & electi non participant in aliquo vniuersitatis affictu , & affictari facere
 176 prædictos affictus Vniuersitatis viliori pretio , per interpositam personam , & participare in affictu prædicto , quoniam incurret in pænam vnciarum centum . Fisci , ut in pragm . 5 . item statuimus , in rubr . de administrat . Vniuersitatis .
 177 Fraudere iō debi Vniuersitatem , prò quavis summa , fraus enim ex cōiecturis probari potest , ut dicit Afl . in
 177 constit . sancimus , § . quartus , num . 10 . fol . 57 . àter . Bald . in l . 3 . C . plus val , quod agit , l . eos , C . de usuris , ideo ad tollendas tales fraudes sindicus , & electi , non debent nullo modo in huinsmodi affictu participare , nec per se , nec per interpositam personam . Nām si fuerint plures ciues in publico parlamento , & aliquid concluderent in parlamento præfato , etiam , quod esset maior pars ciuū , & conclusio tenderet in damnum Vniuersitatis , pauciores sunt præferendi , tanquā
 178 concludentes vtilitatem Vniuersitatis , Mangrella in l . quod maior , ff . ad municip . n . 70 . in addit . ad Bart . in d . l . ideo in electione , Medici ad medicandum ciues Vniuersitatis ,

pro eorum corporum vtilitate , & vita hominis , cunctis rebus est præferendus , l . sancimus in fine , C . de Episc . & Cler . idcirco pauciores ciues , & rectores Vniuersitatis ad concludendum medicum salariari à publico , ad nēdicandum ciues præferri debent , ut dicit Mangrella in allegata lege quod maior , imò rectoribus ciuitatis , electio medicorum est commissa , l . i ff . de decretis ab ordin . faciendis . Debēt paritè custodire priuilegia , decreta , capitula , & alia in fauorem Vniuersitatis facientia , & Vniuersitatis secreta , non reuelare , cū
 179 reuelantes secretum puniri debent , & priuari officio , Carauita in ritu 3 . num . 8 . & reuelantes secreta , sunt puniendi poena falsi , Thesaur . dec . 1 . in fin . Boff . in tit . de falsis num . 166 . Thesaur . in dec . 171 . Scaglionus in ritu M . C . 3 . n . 2 . & 3 . Nec possunt imponere aliquam impositionem , absq ; Regio assensu , l . rectigalia , C . rectigalia institui non posse , Boff . in tit . rectigalia qui possunt imponere , num . 10 . & debent isti præfati sindicus , & electi capere compotum aliorum prædecessorum officia . lium pragmat . 8 . incip . Incipiens item statuimo , & ordi-

namo in tit. de administr. Uni-
uers. possunt se excusari ab
officio, si iterum fuerunt ele-
cti ad idem officium, nām
electus pro vno anno, non
est admittendus ad idem offi-
cium per quinquennium, &
180 ad alia diuersa officia per
triennium, Vinc. de Franch. de-
cis. 120. num. 2. in 1. vol. sed si
aliqui ex præfatis, non repe-
riuntur in præfata ciuitate,
in qua fit huiusmodi electio,
ad præfatum exercendo offi-
cium, & habiles non repe-
rirentur, tūm ob inhabilita-
tem, tūm ob castri paucitatē
hominum numerum, secus
estet, sed si aliquis ex crea-
tis sindicis, vel electis Uni-
uersitatis produceret excusa-
tionem quinque filiorum nu-
meri, credo, cum sit annexus
honor, excusationem non
tribuere, Vinc. de Franch. de-
cis. 65. in 1. vol. secus est in
hominibus decrepitæ ætatis,
181 vel sexagenarii qui excusa-
ri possunt, l. 1. C. qui ætate se
excusant, & l. manifesti iuris
est, C. qui ætate, vel professio
excusant lib. 10. pariter, quā-
do infirmi absentes, aut ali-
quo legitimo impedimento,
se excusat, aut litigantes cum
Universitate.

*De Sindicatu iudicum annalium,
& baiulorum.*

IVdices annales, iurisdictio-
nem habent tantummodo,
decidendi causas ciuiles, vel
causas damni dati, ac baiuli,
sed habent merum, ac mixtū
182 Imperium, & multies
condemnant, transeuntes per
alienos agros, ad poenam
dum obuiam luctuosam in-
terfacere practicantes, non
possunt, idcirco talis iusta
causa præfatis affert excusa-
183 tionem, & condemnari nō
debent, Anna in sing. 582. ne-
que possunt condemnari dā-
nificantes in alienis agris cū
eorum animalibus nō custo-
ditis, ultra damnum ad pœ-
nam damnum excedentem.
cum pœna damnum excede-
re nō possit, iuxta instruc-
184 tes Regiae Cameræ Sum-
mariae. Non est baiulus istis
credendum aliena animalia
fecisse damnum in alienis a-
gris, cum sint viles personæ
Anna in sing. 122. & cum sint
interessati in præfato damno,
185 & pœna spectat ad præfa-
tos baiulos, & tanquam in-
teressatis in negotio præfato,
nulla est fides adhibenda, l.
deferre, s. item decreuerunt, ff.
de iure iur. Gram. dec. 73. n. 18.
& iu-



& iudices annales debent veritatem perquirere, Maranta in cons. 29. vers. qui enim veritatem occultare, & isti annales iudices habent limitatam iurisdictionem, & fruuntur iurisdictioni leui, Cappella Tholos. dec. 343. in additt. vers. dic verum, & pariter isti baiuli, & iudices limitatam habet potestatem damni dati, & causarum limitatum proicit effectum talis iuri. 186 Iuditio limitata, t. in agris, ff. de acquir. rerum domin. in causis criminalibus non possunt se intromittere, sed possunt facere notorium male loquenti coram eis, Niger in regia Pragmatica Illustri Viceregi, num. 54. in rub. de causis criminalibus, & ciuilibus, & possunt punire damnificantem ut ibidem, in causis vero criminalibus, ut dicunt, nullatenus isti annales iudices possunt se intromittere, cum mecum, & mixtum Imperiu, non habeant, & cause criminales sunt taxatae in dicta regia pragmatica Illustri Viceregi. Nam quando venie imponenda pena mortis naturalis, vel ciuilis, aut mem- 187 bri absissio, causa dicitur criminalis, & quamuis quando ex damno dato, aliqua pena Fisco applicetur, de iu-

re ciuili diceretur causa criminalis, ut dicit Niger in dicta pragmatica citata num. 4. tamen cum sint casus taxatae per prefatam regiam pragmatice causarum criminalium non posset talis dici causa criminalis, & ideo in causis taxatis criminalibus, iudices annales, & baiuli non possunt se intromittere, sed quando aliqua falsitas coram iudice ciuili esset offensio ipsis aures, possunt punire delinquente, ex regula, t. nullum, c. de testib. Vincent. de Franch. 147. in prima parte; tamē extraordinariè, Niger in citato loco, num. 18. & si isti iudices annales procederent in causis criminalibus punirentur pena usurpatæ iurisdictionis, Niger in cap. regni, quia de 188 Vicarijs, num. 6. in fin. fol. 67. atque. & duns baiuli non habent aliquam iurisdictionem, arma portare non possunt, Anna in sing. 47. & quamuis adsit regia pragmatica regni statutimus, de qua facit mentionem, Maranta in suo spec. rubr. deferatur aliquando iuramentum num. 31. in 9. actu, fol. 428. qua caueretur, quod quando damnum passus, habet animalia damnum danzia, in posse suo statutus suo iugamento, idem si officiale de-

deprehendit animalia, quia
statur soli iuramento officia-
lis denunciantis, alias esset
189 necesse, quod probetur ad
minus per vnum testem, cum
iuramento damnum passi,
quoniam non habet anima-
lia in manu, & iudex qui ali-
ter pronunciat ad quinque
vncias applicandas Fisco, &
istae questio[n]es agitantur co-
ram baiulis, & proceditur
summarie in liquidatione
damni, *Mangon. dec. Flor. 89.*
num. 2. habetur in dicta re-
gia pragmatica, & ideo iu-
dices annales, non debent
iuramento istorum baiuloru[m]
fidem adhibere, cum sint
principales in causa, cum p[ro]p[ri]a
na dāni illati spe[ct]et ad eos,
& damnum illatum damnu[m]
passo, & propterea tanquam
principalibus non est credē-
dum baiulis præfatis afferē-
tibus animalia damnum fe-
cisse, in tali fundo c[on]cepisse
ip[s]os, & in causa propria,
nullus est idoneus testis, *l. om-
nibus, C. de testibus, l. nullus,*
190 *ff. eod. tit. l. I §. in propria, ff.*
quando app. sit, & propterea
judices annales si aliter fa-
cient tenentur in sindicatu[m],
& damnum in segetibus, iu-
dicatur secundum illud tem-
pus, non tempore superue-
nienti, *Menoch. in tract. de*

*arbitr. iud. casu 149. num. 21.
lib. 2. cent. 2.*

191 Officialis sindicandus vi-
dens fuisse liberatum à causis
fortè criminalibus in sindi-
catu, & causis civilibus par-
tes renunciauerunt, vel se
concordauerunt, debet pe-
tere sibi expediri literas li-
beratoriales in forma, & si
quærelantes remiserint pro
criminalibus quærelis sindi-
candi, si erit casus in quo ex
officio possit procedi, ut dixi
supra num. 163. sindicatores
cum voto consultoris non
suspecti electi, debent causas
decidere si reperientur in li-
mine expeditionis, vel si pro-
cessus nō fuerint compilati,
debent procedere ad actus in-
cumbentes in causis præfatis,
& si fortè sindicus fuerit in-
totum licentiatus, debent sin-
dicatores facere decretum
præcedente tamen petitione
sindicandi, quod expediatur
præfato sindicando lite-
ras liberatoriales sindicatus
in forma, ut possit alia offi-
cia exercere, & recusantes
sindicatores firmare literas
liberatoriales sindicandi li-
berati a sindicatu, possunt
tanquam denegantes, & ne-
gligentes puniri, *Menoch. in
tract. de arbitr. iud. casu 341.
num. 4. cent. 4. lib. 2.* & tenen-
tur

tur ad interesse, nām mora inducit delictum, *Don Gar-
sias Mastrillus* decis. 85. Re-
gni Siciliæ, & si fuerit con-
tentio inter sindicatores, &
actuarium formandi libera-
torias, non debent ipsi sindi-
cando prægrauari, *Gratian.*
dec. 43. num. 3. in prouincia
Marchiæ forma literarum
liberatorialium sindicandi à
sindicatu dato.

PHILIPPO TERTIO DEI
gratia regnante,
&c.

Nos talis de tali, & talis de
tali sindicatores electi, ac
deputati per Vniuersitatem ta-
lem, ad sendicandum *V. I. D.*
talem de tale, olim Capitaneū
præfate Ciuitatis, significamus
Imperatores, cum scirent iu-
dicibus, quo minus in iure dia-
cendo, in sententijs ferendis
iustitiae munus, expleret, odiū,
192 amicittam, iram, atque au-
ritiam, omnino impedimento
esse, optimo iure sancinerunt,
ut magistratus, & iudices,
qui iurisdictionis suæ admini-
strationis functi essent officio,
continuè factorum redderent
rationem, ut si qui in huiusmo-
di gerendis, vel crudeliter
superbè, aut auare, cupide,
quid gesserint, non sine magna

famæ, & existimationis, nota,
graves pro legibus constitutio-
nibus pénis debit is punirentur,
qui verò ius virgentes, aequita-
te à prava animi libidine tem-
perauerunt famæ suæ hominū,
necessitatibus consulentes, ipsoſ
summis laudibus per hominū,
probatorum testimonium, in-
cēlum tolli ijdem Imperatores
voluerunt. Quamobrem, vt
id recte fieret, sīne corruptelæ
suspitione homines latissimos,
& viros integritate probatos
repetundarum indicio diligenter,
atque seuerè prodesse mā-
darunt, qui summa adhibitæ
diligentia, expostulationibus,
& hominibus, qui non a quo
iure, & clementer adhibita,
fuerit operam darent, (vnde
re diligenter, & veritate per-
spectis) ita consulerunt, vt
nullus iustæ querelæ locus re-
linqueretur, nostro præceden-
te mandato terminum dierum
viginti, ad porrigendum quæ-
relas, præfiximus publicèque
emanari banda, copiamque
iporum in publico affigendam
curauimus, contra præfatum
sendicandum. Tandem omniū
ore pleno ciues, populusque
laudibus ipsum extollebant
vnanimiter eius virtutes, do-
ctrinas morum probitates, vi-
tae integritatem, qui non mo-
do facto, neque verbis quem-
quam

quam læsit, in malos seuerum
insontes mitem erga bonos be-
neſcium, erga viduas, & pu-
pillos facilem, atque benignū
omnium laude virtutibus ple-
num, & summa gloria, incor-
ruptibilem iustificum, non pen-
denter à dexteris, neque à si-
nistris, sed æqualancē iustitiae
culmen cognouimus, & com-
probauimus, ut præsens no-
stra approbatio omnibus sit
nota, publica, & manifesta,
has præsentes literas liberato-
riales sindicatus fieri iussimus
per subscriptum nostrum Sin-
dicatus Actuarium, & no-
strarum propriarum manuum
subscriptione subscriptas, &
vexillorum armorum, insignū
honoris Vniuersitatis præfatæ
sigillo munitas. Datum in Ci-
uitate tali, subscribantur, &
sigillentur in forma.

Officialis namque qui red.
didit compotum villicationis
sue pro administrato officio,
meretur vexilla Vniuersita-
tis portare, per bene admi-
193 nistrato officio, & ipsius
armis insigniti meretur, Pa-
ris de Put. in tract. de sindic.
in evidentialibus, num. 7. & 9.
sed si officialis ob demerita,
fuerit in sindicatu cōdemna-
tus, sindicatores debent scri-
bi facere omnes condemna-
tiones, in literis liberatoria-

194 libus à verbo ad verbum, alias ipsi, & Actuarius sindi-
catus tenerentur pæna falsi,
tanquam occultantes verita-
tem, Angel. de malef. in tract.
suo crim. in verbo falsario nū.
20. cum intersit Reipublicæ
scire delicta sindicandi, ve-
latè per Gramat. dec. 37. nū. 2.
ut condemnatio illius mani-
festetur, & propaletur, ut in
alio sindicatu reputetur, sin-
dicandus pro tali, nām se-
mel malus, semper præsumi-
tur malus in eodem genere
195 mali, l. non omnes, s. à bar-
baris, ff. de remilit.

Caveant quærelantes sue-
cumbere in quærelis in sindi-
catu, cum formæ sit læse di-
gnitatis status, moribus, &
legibus reprobatus in omni-
bus, quoniam tenerentur actio-
ne iniuriarum, Boff. in tit. de
off. pecun. corrup. in fi. l. apud la-
beonem, s. si quis libello, ff. de
iniurijs, Angel. de malef. in
rubr. quomodo de malef. co-
gnosc num. 4. fol. 208. in omni-
bus, Paris de Put. in suo tract.
de sindic. in verbo ultra con-
demnationem caueat, Aduo-
catus quærelantium in sindi-
catu succumbere, quoniam
si causas deperderet equipa-
raretur militi in prælio de-
victo, cum Aduocatus equi-
paretur militi armorum, l.

Ad-

- Aduocati , C.de aduoc. diuers.*
- 196 *iudiciorum, Gramat. dec. 80.* vltra expensas ad quas succubentes debent condemnari in sindicatu , ut dixi supra , num. ... sed non tenentur quærelantes ad interesse , quod sindicandus sæpè petit quærelantes condemnari ad atterrendum ipsos , quando sindicatus expeditur infra dies 20. iàm datos ad prosequendum , sed quando ob subterfugia , & dilationes quærelantium , sin-
- 197 dicatus causæ non potuerunt decidi post dictos dies 20. datos ad prosequendum , & quærelantes succumberēt , possent condemnari ad interesse , ob temeritatem , & calumniam quærelantium , sindicandus se commorauit in sindicatu , vltra tempus stabilitum dierum 20. ad prosequendum , tenentur ad expensas , & interesse si succubunt , *I.e.* um quem temere , *ff.* de *iudicijs* , ibi vicaria , litisque sumptus aduersario suo , reddere oportebit salaryum librettorialium litterarū est soluendum Actuario sindicatus ,
- 198 & non sindicatoribus , nám qui altari seruit , debet viuire de altari , *cap. secundum* *Apostol. de præb. salaryum* verò sindicatorum soluitur ab Vniuersitate , & taxatur

iuxta labores' , *Menoch. in tit.* *de arbitr. iud. casu 223. num. 1.* & 7. cent. 3. lib. 2. nám quilibet dignus est mercede sua , *Mangon. dec. Florent. 12. nu. 4.* & propterea quando iustus erit officialis non sindicatur 199 à populo , & solet reportare vexilla *Vniue. sitatis Paris de Put. in tract. sind. in euidentialibus n. 7. & 9.* & propterea omnes officiales , eam 200 Regij , quam Baronales debent cogitare esse morituros , & reddituros rationem . Deo , & tempus officij breui tempore currit , temporum labentium vicissitudo , more labentis aquæ , *Niger in cap. regni emergentium* , num. 1. in rubr. *de tollenda cautela de bonis datis* , fol. 230. *Gramat. in quæst. 1. suarum decis. testatur Franciscus Petrarchæ* , per subscripta carmina .

La vita fuge , e non se arresta vn' hora,

E la morte vien dietro a gran giornate,

201 *E le cose presente , e le passate ,*

Mi danno guerra , e le future ancora.

Et ideo officiales debent animaduertere non pendere ad dexieram , neque ad finistram , *glosa in l. ubi falsi in verbo medius , C.ad l. Cornel.*

defals. & propterea Iulius de Seruis nobilis motibus, & optima conscientia decoratus, persuader officialibus meæ patriæ administrari iusticiā, quæ est regina omnia virutum, non iudicare odio, prece, præmio, amore, amicitia, timore Deum præ oculis habere, iudicare per solas leges, & iura, cap. iudicet, 7.

203 quoniam 7. Leuit. cap. 19. non facies quod iniquum est nec iniuste iudicabis, Job. cap. 36. Cae ne declines ad iniqutatem, possidentes virtutes quasi Dii nuncupantur, Aristot. 7. Ethic. & Seneca epist. 8. Virtus extollit super astra mortales collocat, id circò in iudicando nil vendi-

cet odium, vel fauor usurpet, sed stateram gestent, in manibus equilibramine, langes appendent, & rectam iustitiam faciant, & si euadent retia sindici in isto seculo, non euadent æternam damnationem iniusti officiales in alio sæculo, si bene se gesserint, tanquam boni, rectique of-

105 ficiales reportabunt honorem, & culmen gloriae, & laudis; Et sic imposui finem Primæ, & Secundæ Parti Praxis Sindicatus ad laudem indiuiduæ Trinitatis, & Beatae Dei Genitricis Mariæ Virginis, quæ semper nos protegat, atque defendat. Amen.

Laus Deo, Honor, & Gloria.

IN-

I N D E X

Omnium, quæ in Prima, & Secunda Parte Praxis
sindicatus officialium continentur.

- Absentia probatur per probationes, & non per iuramentum, nu. 59. fol. 9. ribus secretè, num. 83. fo. eod.
Absentans sindicandus, potest carcerari, nu. 77. fol. 17. Actuarius examinare debet principalem sindicandum, num. 84. fol. eod.
Abrectio itineris ad superiorē habetur loco appellationis, num. 215. fol. 33. Actuarius debet repetere, alias testes, nō probat, n. 85. f. eod.
Acta sindicatus sunt facienda cum celeritate, nu. 31. fol. 4. Actuarius, & sindicatores debent capere informationem pro processibus petitis causarum, num. 129. fol. 24.
Acta sindicatus debent soluisse cundum pandectam illius loci in quo geritur sindicatus num. 136. fol. 89. Actuarius, & sindicatores debent pro pœna certiorare Preceptorem Reg. Fisci, nu. 130. fol. eod.
Actuarius sindicatus est eligendus non suspectus, num. 50. fol. 7. Actuarius debet exhibere processum relata copia in actis restituto originali, num. 138, fol. 25.
Actuario mortuo, vel absente, est eligendus, alius non suspectus, nu. 51. fol. eod. Actuarius processum criminalem insopitum non debet in copia nominare inquisitos, num. 139. fol. eod.
Actuarius potest esse sindicator num. 53. fol. eod. Actuarius non habet dignitatis reliquias, num. 158. fol. 27.
Actuarius sindicatus debet legere ciuiles querelas, nu. 81. fol. 17. Actuarius impropiè dicitur officialis, num. 159. fol. eod.
Actuarius debet scribere replicationem sindicandi, nu. 82. fol. 58. Actuarius non potest dici officialis, num. 160. fol. eod.
Actuarius debet examinare sindicandum coram sindicato- Actuarij possunt cognosci a Barone pro delictis ipsorum, num. 161. fol. eod.

I N D E X

- Actuarius sindicatur, num. 164.
fol. 28.
- Actuarij Sacri Cons. Reg. Cam.
Sum. M.C. V. non sindican-
tar, num. 165. fol. eod.
- Actuarius debet scribere veri-
tatem, nu. 187. fol. 30.
- Actuarij omnium curiarum sin-
dicantur, & debent esse an-
nales, num. 242. fol. 90.
- Actuarij non possunt demon-
strare processum parti quæ
relanti ante publicationem,
& ibidem practica M. C. V.
num. 146. fol. 91.
- Actuarij non possunt capere ob-
ligationes, absque subscrip-
tione duorum testiū cognos-
centium contra gentes, num.
147. fol. eod.
- Actuarius tenetur ad expensas
obliuiscens scribere relatio-
nem intimantis in actis secus
si per dolum, num. 140. folio
92.
- Actuarii capientes quærelas in-
iuriarum verbalium, absque
libello tenentur in sindicatu,
num. 149. fol. eod.
- Actuarij tenentur conseruare
scripturas, num. 152. fol. eod.
- Actuarij debent custodire pro-
cessus, nu. 153. fol. eod.
- Aduocatus potest pro causa
pauperis compelli suscipien-
dum patrocinium gratis, nu-
145. fol. 26.
- Aduocatus, & procurator ci-
- tantur ad discutiendum cau-
fas, num. 230. fol. 36.
- Adiudicata re citandus est do-
minus exequutionis, alias
adiudicatio est nulla, nu. 130.
fol. 88.
- Aduocatus tenetur gratus ad-
uocare pro Ecclesia, & pro
paupere, num. 138. fol. 89.
- Altum caput habet capitaneus,
num. 155. fol. 27.
- Amare debemus proximum,
num. 148. fol. 26.
- Amanda est veritas, num. 82.
fol. 30.
- Antiquitus pæna periurij erat
pæna manus, num. 89. folio
75.
- Appellatio potest fieri die fe-
riata, n. 30. fol. 4.
- Appellatione pendente non
potest exequi pro expensis,
num. 139. fol. 90.
- Arma officialis debet deponere
pendente sindicatu, num. 91.
fol.
- Authoris exemplum, num. 134.
fol.
- Authoris prouisio in sindicatu,
num. 214. fol. 32.
- Auditus sensus est multum fal-
lax, num. 57. fol. 62.
- B**aiulus arma portare non
potest, num. 93. fol. 19.
- Baiulis non est credendum, tā-
quam

I N D E X

- quā vilibus, & interessatis animalia aliena in alterius agris fecisse damna, num. 185. fol. 100.
- Banna debent permanere in publico durante termino ad porrigidendum quærelas, n. 46. fol. 7.
- Banna quid debent continere, num. 47. fol. eod.
- Banna non ligant forenses, & absentes, nu. 58. fol. 8.
- Bannum ignorare quilibet præsumitur, nisi scientia probatur, nu. 62. fol. 9.
- Barones debent procurare, ut eorum officiales pareant sindicatu, num. 10. fol. 2.
- Barones non possunt cognoscere delicta officialium, sed M. C. V. num. 162. fo. 27.
- Bona describenda sunt in inventario, cui consignanda, n. 224 fol. 35.
- Bonus officialis non sindicandus est à populo, num. 199. fo. 105.
- C**
- Aptura non est permittienda in nundinis de facto, n. 160. fol. 94.
- Carceradus est sindicandus statibus quærelis criminalibus, num. 117. fol. 22.
- Carcerendus est sindicandus si sub cause ciuiles, & quære-
- læ magnæ quantitatis, n. 118 fol. eod.
- Carmina Francisci Petrarchæ Poetæ, circa mortem, num. 201. fol. 105.
- Causæ sindicatus possunt decidipere empta instantia stante confessione sindicandi, num. 104. fol. 81.
- Causa dicitur criminalis quando venit imponenda pæna mortis naturalis, aut membris abscissionis, num. 187. fol. 101.
- Cause sindicatus si non poruerint decidi infra dies 20. ad prosequendum, sed post ob dilationes quærelantium si succumberent, sunt in expellere & interesse condemnandi quærelantes, num. 197. folio 101.
- Cause pauperum ex non scripto deciduntur verbotenus, n. 141. fol. 25.
- Causa parva dicitur à duabus angustialibus, & recipiuntur sine scriptis, num. 143. fol. 26.
- Citatio sindicandi, & quærelatum ad videndum lectorum quærularum ciuilium, nu. 77. fol. 17.
- Citandus est fideiussor sindicandi fugientis, num. 216. folio 33.
- Cognoscere de quibus possint sindicatores, n. 98. fol. 20.
- Co-

I N D E X

- Cognitio causarum sindicandi extra officium spectat ad ordinarium, num. 99. fol. eod.
- Commissarius generalis Campanæ destinatus à Vicerege cum præminentia M.C.V. Ieuato velo ad modum belli non potest torquere reum, absque inditiis, absque consilio V.I.D. num. 38. fol. 52.
- Comburens, lacerans, occultans scripturam tenetur pæna falsi, num. 154. fol. 90.
- Commissionales terræ sindicitorum sunt notificandæ, num. 39. fol. 6.
- Computatio termini sindicatus à quo tempore currit, num. 74. fol. 16.
- Conclusio in sindicatu non requiritur, num. 209. fol. 31.
- Conclusione facta in causa, & in citatione expedita ad dicendum in causa dicitur instructa, num. 26. fol. 46.
- Confessio ſei debet scribi per extensum in tortura, & debet reponi confessus separatus ab alijs carceratis, num. 47. fol. 57.
- Concussio committitur tribus modis, num. 79. fol. 72.
- Confessio judicialis tollit processum nullitatem num. 105. fol. 81.
- Consultor debet condemnare ad expensas sindicatus, vel sindicandum, vel quærelan-
- tes, num. 111. f. 83.
- Consultor, & sindicatores, debent sententias sindicatus antequam publicentur tenere in secreto, non propalare, num. 114. fol. 84.
- Consultoris salaryum est taxandum pro dietis prorata, num. 140. fol. 190.
- Consuetudo est obſeruanda pro lege, num. 165. fol. 96.
- Consentiens in iudicem prorogat tacite jurisdictionem, num. 104. fol. eod.
- Contumax excusatur a contumacia, ob fluminis inundationem conſtituto de impedimento, num. 108. fol. 82.
- Corrumpens officialem, perdit causam, & punitur poena falsi, num. 89. f. 75.
- Corrumpens actuarium, perdit causam, num. 155. fol. 93.
- Clericus non potest renunciare privilegio Clericali, num. 107. fol. 21.
- Clericus officialis sindicandus fuit remissus catansaru, num. 108. fol. eod.
- Clericus effectus post delictum quomodo puniatur, num. 126. fol. 23.
- Cursus sindicatus non est retardandus, num. 167. fol. 28.

De-

I N D E X

DEclaratio in causa criminali non est facienda circa testes, num. 208. f. 31.
Decretum sindicatorum fieri non posse, quod sindicandus teneat officium pendente sindicatu, num. 176. fo. 29.
Depositiones testium in sindicatu subscribendae per sindicatores, nu. 179. fo. 30.
Dicta testium sunt integrè scribenda, nu. 186. fol. 30.
Dicta testium integrè sunt scribenda, tam pro Fisco, quam contra Fiscum, num. 143. fol. 90.
Difficile est, ut unus in officio vicem duorum obtineat, nu. 54. fol. 8.
Doctores si sunt sindicatores, debent habere consultorem non suspectum pro decidendis causis, num. 225. fo. 35.

E

AEqualitas est seruanda in iudicio actoris, & rei, nu. 158. fol. 94.
Electio consultoris, quomodo facienda, nu. 226. fo. 35.
Electus pro uno anno ad officium Vniuersitatis non est admittendus ad idem officium per quinquennium, & ad aliud

diuersum officium per triennium, num. 180. fol. 100
Eligi debent alij sindicatores in locum mortuorum, & absentium, num. 79. fol. 17.
Elusorium non debet esse iudicium, num. 171. fol. 28.
Euentus litis est dubius, num. 149. fol. 26.
Erarius debet retinere ultimam tertiam prouisionis sindicandi, num. 15. fol. 2.
Exceptio nullitatis expedit exequitionem sententiae, n. 120. fol. 86.
Exemplum Valerij sindicandi, num. 97. f. 19.
Exemplum D. Petri Cabrerae, num. 177. fol. 29.
Expensæ possunt taxari, sed non exequi in sindicatu, nu. 133. fol. 88.
Expensæ non possunt taxari si non adest in sententia clausula, reserationis expensas taxandi, cum iudex sit officio suo functus, num. 134. fol. 88.
Extorsio potest committi interueniente qualibet re, nu. 73. f. 69.

F

Fiscus appellatur à sententia, num. 117. fo. 85.
Formæ Reg. Pragm. facta hominum non potest derogari, nu.

I N D E X

- | | | |
|--------------------------------|--------|----------------------------------|
| num.23. | fo.3. | te in mercatoribus, n.163. f.95 |
| Forma commissionis sindica- | | Fraus probatur ex coniecturis, |
| torum, num.27. | fo.3. | num.177. fo.99. |
| Forma quærelæ ciuilis, num.63 | | Fugiens sindicandus à loco sin- |
| fol. | | dicatus, quomodo est proce- |
| Forma quærelæ denegatæ iu- | | dendum, num.211. f.32. |
| stitiæ, & retardatæ, nu.64. | | G |
| fol. | | Generalis suspicio iudicis |
| Forma quærelæ indebitæ tor- | | eligendi non admittitur, |
| turæ, num.65. | f.11. | num.227. fo.23. |
| Forma quærelæ indebiti car- | | H |
| ceris, & iniuriarum, num.66 | | Eres tenetur pro defun- |
| fol. | | cto officiali, quando pe- |
| Forma quærelæ iniustæ con- | | cunia peruenit ad hæredem, |
| demnationis criminalis, nu. | | num.75. f.70. |
| 67. | f.12. | Honor est præferendus como- |
| Forma quærelæ extorsionis, | | do pecuniario, nu.127. f.87. |
| num.68. | f.13. | Homines sexagenarij decrepi- |
| Forma querelæ concussionis, | | tæ ætatis ab officio Vniuer- |
| num.69. | f.13. | sitatis excusari possunt, n.181 |
| Forma querelæ baractariæ, nu. | | fol. 100. |
| 70. | f.14. | Hominum malitijs est obuian- |
| Forma inquisitionis generalis, | | dum, num.150. f.92. |
| num.71. | f.15. | I |
| Forma querelæ de perjurio, n. | | Imperatori fait dictum, eu |
| 72. | f.eod. | num.70. f.69. |
| Forma libelli sindicandi, quod | | Inditia debent esse plura ad in- |
| legantur querelæ in sindica- | | ferendam torturam pluralis |
| tu, num.75. | fo.16. | numerus duorum numero est |
| Forma decreti, quod legantur | | contentus, n.37. fo.52. |
| querelæ, num.76. | fo.17. | Informatio est capienda, de |
| Forma libelli pro habendo pro | | morte, vel absentia sindica- |
| cessu, num.127. | fo.23. | to- |
| Forma prouisionis faciēdæ sin- | | |
| dicatorum, n.128. | f.23. | |
| Forma literarum liberatoria- | | |
| lium, n.192. | fo.103 | |
| Fouere debemus ex humanita- | | |

I N D E X

- torum, num. 80. fol. 17.
Instantia est duplex vna, quæ incipit à die, & hora termini præfixi ad porrendum querelas, alia quæ currit à die litis contestatæ, num. 102 fol. 81.
- I**nstantia sindicatus perempta non culpa sindicandi, sindicandus est absoluendus ab obseruatione iudicij sindicatus, n. 106. fo. 82.
- I**nstantia sindicatus non permittit, si processus sindicatus nō potuit trasmitti ad votandum, ex causa inundationis fluminis, vel per alias causas, n. 107. fo. 82.
- I**nuentarium est conficiendum per sindicatores, statim pro pæna, n. 221. f. 34.
- I**nuentarium contumacis, etiam obseruatur, n. 222. fo. eod.
- I**nuentarium est conficiendum, n. 223. f. eod.
- I**ter facientes, per viam luctuosam tempore hyemali per alienas possessiones, ad pænam condemnari non debent per iudices annales, n. 183. f. 100.
- I**udex iudicans causam iniquè per imprudentiam, aut per imperitiam, tenetur in quaatum religioni iudicantis videtur æquum, si iudicauerit per dolum tenetur in totum, num. 1. fo. 37.
- I**udex non potest variare iuris dispositionem postquam iuri dispositio est invariabilis, n. 2 fol. 38.
- I**udex tenetur sequi leges, & communem opinionem doctorum in iudicando, num. 7. fol. 39.
- I**udex tenetur sequi communem intellectum legis, & non vnum intellectum, alias enetur in sindicatu, num. 8. fol. 39.
- I**udex iudicans, contra communem opinionem Doctorum iudicare præsumitur per imperitiam, & est nimis ignorans num. 9. fo. 40.
- I**udex proferens sententiam ini quam, etiam si fuerit confirmata in secunda instantia, & tertia, tenetur in sindicatu, cum fuerit prima sententia fundamentum iniquitatis, n. 11. f. 41.
- I**udex non excusat in sindicatu, ab ignorantia crassa, n. 14. fo. 42.
- I**udex sequendo in iudicando vain opinionem doctoris, nō excusat a sindicatu, cum malam elexit opinionem, n. 15. f. 42.
- I**udex non potest post sententiam diffinitiā pronuntiatam emandare, quia est functus officio suo, secus est in interlocutoria, vel antequam publicetur, num.

I N D E X

- | | | | |
|--|----------|--|---------|
Hinc est , quod Doctor non debet libros , & secreta lectionis in-transitu , sed ad scrutinādūm quę 13 occulta sunt , instet assiduus , vt in l. 1. §. quod autem , ff. de aqua quotidiana , & aestua id est , ve-scrutinant intellectu , perquirat , tam circa sensum litteratum , quam circa inductiūm , si lex facit , & habeat locum ad quę-stionem , vt infra dicam , in quę-rela denegata Iustitia , & in nul-litatibus mei Sindicatus .

Et prudentia Iudicūm potissimè 14 consistit in quatuor ; Vt facili-ter non credant , vt exquisitē di-scūtiant , vt proposita diligenter examinent , vt cum delibe-ratione pronuncient . Arg. l. 2 . de Sententijs ex periculo recitan-dis . Propriè autem prudentia in rebus humanis , & est prudē-tia rerum bonarum , & mala-rū vsque ad Sententiam ; & eius partes sunt , memoria , intelli-

gentia , & prouidentia ; secun-dum Pap. & Tullium . sed secun-dum Philosophum 6 . Ethicorum prudentia est habitus cum ra-tione actiuus circa bona homi-nis , & mala . Et secundū Phi-losophos morales , est origo vir-tutum , & prima inter cæteras Cardinales : sed prudentia solet quandoque adulterari , ideo si-ne fortitudine ferè inutilis est . Quid enim prodest prudentia , si fortitudo desit ? Prudentia si-ne iustitia nihil valet , Iustitia si-ne prudentia multum perit Ece cl. cap. 1 . ad finem .

Hinc est , quod verba Reg. Pragm. 15 ibi (contra mentem nostram) secundum sensum dictæ Reg. Pragm. accipienda ad quem de-monstrandū instituta noscun-tur . Can. Relatum 37 . distinct . de his notat Archidiaconus de re-troscriptis dispensia lib. 6 . in Gloss . cum hic p̄cedat ; & Can. suscep-tum de verbis autem , & sermone , dicit Vgo de S. Vittore : Vanus sermo , vanæ conscienc-iæ Iudex est , mores hominum 16 signa pandit , & qualis sermo panditur , talis animus appro-batur , nam ex abundantia cor-dis os loquitur ; & Seneca in proverbijs : Imago animi sermo est , talis vir , talis oratio , ma-gnum est vocis , & conscientiæ separamentum garrulo non res-pondere ; Sicque sunt obseruan-da verba dictæ Reg. Pragmati-17 cæ in forma specifica , pro ut testa .

testatur Decius conf. 455. num. 8.
ad ultimum responsum, ubi ex-
pressè dicitur, quod data forma
à statuto expressè disponēte, ali-
quid non sit ulterius inuestigan-
dum l. prosper. ff. qui & à quibus-
dat esse rei, ipsiusque perfectio-
ne designat modo quod si con-
trafactum sit, in minima parte
statuti, redditur id totum nul-
lum, cum reputata à statuto sint
pro forma, debent impleri for-
maliter, & non in æquipollen-
ti. Ita testatur Baldus in l. i. de
literis, & posth. & ibi Alexan-
& Angelus, (Reg. Galeota contr.
33. num. 29. lib. 2. Mele ad Gizza-
rius dec. 13. n. 34. Nouar. dec. 232.
Surd. dec. 276. num. 2. Decius Conf.
531. num. 2. Reg. Rouit. in Pragm.
I. de proseq. malef. n. 19. Capib. de
Baron. in Pragm. I. n. 179. & seq.)
Forma autem Reg. Pragm. no-
stræ, & ipsius verba sunt ad un-
guem obseruāda, (vt à lege pro-
lata, aliter omnia, quæ contra
ipsam formam à prædictis ver-
bis ortam, ipso tunc nulla &
inualida sint, nam pro lege ser-
uanda sunt, aduersus quam nil
iure valido confici possit l. nō du-
dū C. de legib. l. cōstitutionib. ff. ad
Municipal. l. cum bi §. si præter,
ff. de transact. l. Julianus §. si quis,
ff. ad exhibend. cap. cum dilecta de-
script. cap. venerabili estra de offi-
cio delegati, l. inrisgentium §. præ-
ter ait, ff. de pact. Afflict. dee. 355.
n. 5. et 6. et de Iure pro hom. §. 2.
n. I. 2. et 13. ibi Rummus ad dictū

n. 13. incipiens ad vers. susseque-
ter quæritur fol. mihi i 18.) ut te-
statur Baldus in l. Cessante, et leg.
fin. C. quomodo, et quando Iudex,
& idem Baldus in cap. ex litteris,
& l. fin. de Constit. 11. vers. et ideo
si statutum de milite vaxallo, qui
contumax est cum similibus, (Reg.
Galeota contr. 57. n. 7. lib. 1. Reg.
Rouit. loc. cit. num. 18. Reg. Consil.
Pratus discept. for. cap. 50. n. 4. et
5. lib. 1. et cap. 24. n. 2. Nouar. ad
Pragm: prima collect. 2. de Iurisd.
Magis. Iurati, et ad Pragm. 15. de
de actuar. nu. I. Reg. Consil. Ho-
dierna ad Surd. dec. 68. nu. 14. et
15. Laganarius ad Reg. Rouit. ad
Pragm. 20. de Feud. lit. A. vers.
quod si. et ad Pragm. I. de Minor.
lit. B. vers. quæ sane Alex. Trēta-
cinq. var. Resol. lib. I. resol. I. n. 1.
sub tit. de leg. & Constitutionibus)

Nec partes possunt renunciare for-
18 mæ dictæ Reg. Pragmi Cappel.
la Tolesana decis. 352. Carauit.
Ritu 295. n. 12. testatur, quod
inductis pro forma renunciari
non possunt (Glosa in cap. de Causis
de offic. et potest. Iudicii delegati.)
Bald. in l. I. C. quæ admitti, (Reg.
Rouit pænes quem multi relati sūt
DD. loc. cit. n. 20) & facto homi-
num nō potest derogari ob pu-
blicam utilitatem.

Sindicatores itaque habent iuris-
disditionem ordinariam con-
cessam Vniuersitatibus à Rege,
& Regijs Pragmaticis ad Sin-
dicandum officiales, (quæ licet
delegata inter certas determi-
natas

natas personas, vt officiales, quā ad vniuersitatem ipsarum causarū personarumque nō delegatē vim habet reputaturū, sed ordinarię eiusque vires habet *l.cui Iurisdictio, ff. de Iurisdictione omnium Iudicium, l.fin. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, Reg. Cons. Vargas nel Sindic. de arag. p. 1. consid. 9. lib. 1.* Observuare igitur debemus, quod habemus Iurisdictionem plenē acceptam, Imperium mōerum, Imperium mixtum, Iurisdictionem simplieem, & notiorem.

19 Iurisdictione plenē accepta, vario modo à Doctoribus, tā antiquis, quam recensioribus definita fuisset, tum in *l. Imperii ff. de iurisdictione omnium Iudicium, & in rubrica de officio eius*, tum in tractatibus de Iurisdictione à Gilotto, Coriotto Barone, Gomeano, Duareno, & alijs; ea tamen probata fuit definitio in rubrica de officio eius, quod sit statuendi de re qualibet, & constituti exequendi legitima potestas, quæ cum ibi sola indicata fuisset, hic licet non sit locus, explicabo per partes, quod potestas ponitur loco generis iuxta tradita in *l. Potestates Verbo, ff. de Verborum significatione, & hæc potestas dicitur statuendi*; quæ rursus esse triplex, quædam summa consistens in Iure, quæ ad Iurisdictionem, de qua noster est sermo, non excludendo particulam illam (legitima,) quæ

supponit facultatem secundum leges, non supra leges.

Secunda potestas statuendi dicitur nuda, & hæc est notio Pedaneorum Iudicum, quæ est nuda negotij disceptatio, *l. Ait prætor, ff. de re indicata, vbi Vulpianus scribit: Ait prætor, cuius de ea re Iurisdictio est, melius dixisset, cuius de ea notio est; etenim notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habent, sed habet de qua vis alia causa notionem.* Hoc idem firmat Paulus V. sententiarom tit. 5. §. 1. & textus in *l. Notionem ff. de Verb. significat.* Quare iurisdictionem, quam dicunt in specie, illi non habent, sed notio nem à Iurisdictione separatam, ut probat etiam rubrica C. Ne quis in sua causa Iudicem, vel Insibi dicat.

Est tertio alia statuendi potestas, quæ propriè dicitur legitimè competens Iure magistratus; atque hæc appellatur Iurisdictio in specie, quam hoc sensu Cuiacius in d.l. Notionem, ita definita posita notione pro genere; est ratio Iure magistratus competens.

Dicitur constituti exequendi, & hoc designat imperium in genere, licet vario modo definitum reperiatur à Vulterio primo Iurisprudentia 12. n. 7. ut sit iurisdictione in coercendo posita, dicens itaque constituti exequendi, & quia talis potestas in ciuibus

libus competit etiam Iure magistratus, vocatur imperium mixtum, in criminalibus vero, cum lege specialiter deferatur, vocatur Imperium merum. Sunt etiam aliae circa hanc materiam multe expositiones, & quæstiones, quæ non pertinent ad hunc locum, solum scire, (quod Sindicatores habent ordinariam Iurisdictionem cum mero, mistoque imperio ad ipsam Vniuersitatū causarum cognitionem, quo ad Sindicandos ex eis demandata Iurisdictione in Ciuitibus Criminalibusque causis à predicta Reg. Pragmat. prima de Sindicatu, quidquid presumitur adesse de discrimine respectu Iuris communis, Reg. Ronit. in d. Pragm. 1. de Sindic. n. 9. 10. 10. Paul. Montanara in Prag. 2. de administr. vniuer. n. 200. Caraui. d. ritu 295. n. 27
Inde habent iij Sindicatores Iurisdictionē potestatemque procedendi contra testes, qui coram ipsis deposuerunt falsiter ipsosque puniri pena falsi, Rouit. in d. nostra Pragm. nu. 9. & 10. & Carauita dicto Ritu 295. num. 27. (Capiblanc. de Baron. in Prag. 8. n. 224. par. 1.) per cumulatiuam indictionē per sex. in l. nullum C. de testibus, si in procedendo præuenierit ex qua præventione fit omnibus potior, etiam ordiuariorijs iusta doctrina D. Luca ad Franch. dec. 582. n. 3. ubi ita decissim, refert per s. C. dummodo ipsi testes non sint subiecti ali-

cuius Tribunalī, quod fruictur priuilegio in suis subditis abdicatiuē, nā in predictis etiā si Iudex cuius aures sunt offēse præuenierit, petente d. Tribunalī procedi minimè potest, & causa ab eo abdicatur, vt optimē fundat idem de Luca ad Franch. dec. 722. n. 9. ex Tappia dec. 13. & alijs Iuris, & DD. per ipsū Dom. de Luca eruditē d. loco adnotatis.) Contra autem officiales, non solum procedi potest, per viam accusationis, seu denunciacionis, sed etiam per inquisitionē generalem, vt in d. Reg. Pragm. 22 ibi (contra quos etiam procedi possit per inquisitionem generalē, & specialem per Sindicatos in locis;) Et per Constitutionem Regni, quæ incipit statutum, & acta Sindicatus de Iure Communis debent scribi à Notarijs Sindicatorum gratis, & sine expensis Authentico, vt Indices sine quoque suffragio, in s. Necessitatem l. levia, ff. de accusat. & ibi notata, & Rouitus in d. nostra Pragm. n. 2. aduertit, quod intel. ligitur tam de actis, quæ fiunt ad instantiam officialis Sindicati, quam ad instantiam quærelantium, & citat tex. in l. in sacris propè finem, C. de proxim. sacro Scrin. ibi. Et quoniam incontrouersijs, quas in Iudicijs moueri contingerit, & qualitate litigatorijs volumus obseruari, & Adversarijs eorum prò sumptibus, & expensis similem ante hitorum be- nefi-

De Sindicatu Officialium.

15

*nerviorum prærogatiuam custodi-
ri : Nam æqualitas in Iudicijs
obseruanda statuit, & æqualita-
tis Iustitiae leges sunt amatores,
& æque debent esse Præsides ,
& Iudices in Iudicijs in publi-
cis disciplinis ; & quod hic di-
cimus ; & in similibus æquitatē
esse in iudicijs obseruandam .
Verum est inter personas rei, &
actoris , vt regulariter , quod
non licet vni , non liceat alteri,
vt in regula non licet de regulis
Iuris in 6. Secus autem in per-
sonas testimoniū omni fide dignus,
& ad testimoniuū habilis, po-
test contra inhabilem ; & indi-
gnū fide in testimoniuū in-
duci , & non è contra , vt per
Dominum Andream in Clemēt.
de testib. cap. 1.*

*Est hic etiam aduertendum, quod
non gratis per illud , quod in
24 Proverbijs habetur 23. Nolite
vendere sapientiam , & doctri-
nam, & intelligentiam , qui re-
cte iudicat, & præmium remu-
nerationis expectat, fraudem in
Domino perpetrat , quia Iusti-
tiam , quam gratis impartiri
debuit, aceptione pecuniae vē-
dit cap. qui refertur 11. quæst. 3. sed
sed gratis à litigatoriis Acto-
re, & Reo ; quia salaryum sindi-
catoribus Vniuersitas tenetur
soluere, vt dictat d. nostra Regia
Pragm. per illa verba ibi (vnde
salaryo competenti per Vniuersi-
taem loci prædicti prouideatur.)
Ita etiam testatur Paris de Pu-*

*teo in suo tractatu de Sindicatu in
Verb. Robaria cap. 4. num. 2. ibi; &
tamquam ordinarijs à Ciuitate de-
putatis, Ciuitas ipsa debet sibi
salarium soluere, et à publico, & nō
ab officialibus sindicandis, & Ci-
uitas ipsa soluet salaryum sindica-
toribus , vbi adducit exemplum
25 Regis quando mittit Capita-
neum ad aliquam terram, quod
debeat illi Capitaneo salaryum
ex camera sua , quia redditus ,
quos habet, sunt ad hoc quasi sti-
pēdia cōstituta, vt in terra iusti-
tiā seruet , ac ad hoc possit secū
familia substineri , aliter dare-
tur causa furandi , & Iniustitiā
confidere , quæ omnia præberi
debetur, & est id quod omnibus
interest, pro quo interesset, cogi
possunt presentates ii officiales
ad nedum cōstituendum, seddi.
Etū salaryū soluendū, aliter præ-
dicta officia habereantur intuitu
prædicti salaryj, pro nō soluendi
venundatis , quod est prohibitū
etiā de Iure Regni, per Prag 4.
de Baron. propter damnū, quod
reipublicæ infertur , itaque
iustè videtur esse cōstitutum
Paris de Puteo de Sindic. verb. offi-
fic. Viuius dec. 113. Capibl. de Ba-
ron. in d: Pragm. 4. n. 20. par. 1. &
cap. 20. in prin. n. 2. & decisum
refert contra promountes Reg.
de Marinis resol. Iur. cap. 39. nn.
9. Aliter si secus Iure licito of-
ficiales, munera recipere valeat
ex glos. in l. plebiscito ver. procu-
lentumue; ff. de offic. pres. in cap.
Cle-*

Clericus verb, Vigilijs 91. distin.
allēg. à Capibl. cum alijs DD. in
d. Pragm. 4. nu. 21. Si modo ga-
gia nō adfunt, quæ ab officij ex-
ercitio peruenūt sufficientia ad
officialis eiusque familię substi-
tutionem, & honestum lucrum
haberi; aut predictum salarium
non sit solitū, & ab antiquo pre-
stari, ex Capibl. d. c. 20. sicut Ec-
clesiast. Principes Christiani Rei
publicæ curam gerentes Eccle-
siastica Sacraenta singulari
26 priuilegio administrantes, de-
cimas, & oblationes sortiuntur,
in suos usus, & familiarium, si-
cuti procurationes, ratione vi-
stitutionis debentur Episcopis,

& Prælatis. Cap. Procurationess
cap. cum Venerabilis, & cap. cum
super de censibus, ita, & collecte,
& alia tributa Regibus ratione
Regiæ dignitatis, & potestatis
propter administrationem iusti-
tiae, iusta ratione debentur. &
Sapiens 7. Venerunt mihi om-
nia bona pariter cum illa, id est
cum scientia, & innumerabilis
honestas per manum illius. Er-
27 go iustum est sibi solui salariū,
nē inopiæ metu iustitia deserat-
tur. can. habebat in fine 12. qu. 1.
& in Proverbijs 18. de fructu
oris viri replebitur venter eius;
& genimina labrorum ipsius
saturabunt eum.

SUMMARIUM.

- 3 Officialis quid facere habeat in ingressu officij, ut in fine possit reportare laudes, & de laudi- bus officialium in fine officij, & n. 16.
- 2 Officialis in ingressu officij tene- tur præsentare litteras com- missionales sindicis, et electis loci, in quo officium admini- strare intendit.
- 3 Forma litterarum Commissiona- lium facienda in persona offi- cialis quādo fuit electus Capi- tanus, seu Gubernator in ali- qua terra, seruata forma Reg. Pragmaticæ.
- 4 Capitanus, seu officialis quid

facere habeat, si sindici, & electi nollent illum recipere ad officium.

- 5 Forma scribendi in calce litterarum prouisionalium, admisso- nes, et acceptationes ad offi- cium.
- 6 Officiales debent esse in dignitate prouerti experimento causarū multarum exercitati, et ele- gendi per virtutes, et beneme- rita, et n. 16.
- 7 Assessores debent esse Doctores potiores, non leuis auctoritatis cum explicatione.
- 8 Assessores non sunt eligendi, qui per doctrinas inutiles ex fau- re, potentie augere intendunt eorum auctoritates.

De Sindicatu Officialium.

17

- 9 *Doktores legum peruersores, qui dicantur, & an sint cum eis proferenda verba doctrinæ.*
- 10 *Mali Iudices quibus nominibus nominari possint, & quibus assimilentur.*
- 11 *Officiales debent esse imitatores Cimonis.*
- 12 *Sindicators an habeant gladij potestatem.*
- 13 *Officialis in ingressu officij teneatur præstare cautionem de pavendo sindicatu, & obseruare consuetudines ; & de varijs speciebus iuramentorum præstandorum ab officialibus.*
- 14 *Officialis in bannis prætorijs an possit alterare pana Iuris.*
- 15 *Forma bannorum prætorialium, quæ sunt in principio officij per Officiales.*
- 16 *Officialis debet mane, & sero renidere processus ciuiles, & criminales.*
- 17 *Officialis non debet odio, timore, aut expectatione præmij iustitiam euertere, sed debet habere statuam in manibus, & Deum ante oculos, & esse iustum, & n. 21.*
- 18 *Mens Reg. Pragmaticæ de Sindicatu.*
- 19 *Barones debent curare, vt omnes officiales in eorum terris electi, in fine officij reddant sindicatum.*
- 20 *Sindicators habent iurisdictionem ordinariam limitatam cù mero, & mixto imperio, & num. 26.*
- 21 *Officialis quanto tempore stare debet in sindicatu, & n. 46.*
- 22 *Tēpus in sindicatu an possit per sindicators abbreviari, & dilatari.*
- 23 *Terminus sindicatus currit de momento ad momentū, & possunt sindicators procedere, etiam die feriata ad honorem Dei.*
- 24 *Quærelæ contra sindicandum debent præsentari infra terminum præfixum ad porrigidū quærelas, alias non admittantur, & quare n. 54. & 56. & 58. et 61.*
- 25 *Officialis debet expectare successores, et interim non discedere ab officio, alias puniretur.*
- 26 *Officialis expectato successore volens reddere sindicatum debet formare libellum coram sindicis, et petere sindicators, et de forma libelli.*
- 27 *Præsentata in libellis non debet fieri per abacum, sed per extensum, et per quem fieri debet, et n. 53.*
- 28 *Forma decreti pro facienda elektione sindicatorum in calce comparitionis præsentata per sindicandum coram sindicis.*
- 29 *Forma litterarum commissionarium in personam sindicatorum.*
- 30 *Sindicators debent notificare litteras commissionales spondiendo.*
- 31 *Sindicators non sunt eligendi inimici, neque suspecti, quia electio esset nulla ; et n. 39.*

C

35 Init.

- 35 Inimici facile montiuntur.
- 36 Inimicitia quotuplex considerari possit, et quæ inimicitiæ requirantur ad recusandum Judicem, seu sindicatores.
- 37 Inimicitia an oriatur ex odio, et quomodo insurgat contra officiales.
- 38 Officiales propter punitionem delictorum, non possunt omnibus complacere.
- 40 Pro sindicando, multò præsumitur.
- 41 Officialis exercendo officium, et exequendo iustitiam æquiparatur inquisitori, et accusatori, et incurrit in odium, et inimicietiam inquisiti.
- 42 Veritas odium parit.
- 43 Indices excusantur necessitate officij, cum sint dati ad bonum regimen, et de exemplo Davidis, & Semei.
- 44 Officialis an possit intervenire cū sindicatoribus ad sindicandum officialem prædecessorem.
- 45 Sindicatores debent antequam faciunt banna publicare, examinare duos, vel tres testes de tempore, quo officialis exercuit officium, ad finem præfigendi tempus in bannis, ad porrigenum quærelas, et illas prosequendi; et de forma examinandi testes pro informatione, & de forma banni. n. 32.
- 47 Uniuersitas debet assignare datum sindicatoribus in qua regere habeant officium sumptu-

- cus ipsius Uniuersitatis?
- 48 Sindicatus reddi debet in illa terra, in qua officium fuit exercitatum, & quid de privilegiis personis, & quid de inimicitia, & an propter inimicitiam sindicandus possit variare forū.
- 49 Metus iustus quomodo dicatur.
- 50 Forma libelli quando sindicandus vult declinare forum propter inimicitiam, vel aliam causam.
- 51 Sindicatus ex causa potest dari in loco viciniori, vel in alijs Regijs Tribunalibus.
- 55 Index non debet esse mitior, & austerior lege, sed secundum legem agere tenetur, & de exemplo Esai.
- 57 Bannum an liget forenses, & absentes, & quæ ignorantia ipsos excusat, & quotuplex consideretur ignorantia.
- 59 Ignorantia, quæ procedit ex negligencia an excusat aduenas, et absentes, & quomodo excusat à tanto, & non à toto, cum declaracione.
- 60 Ignorantia mala est periculosa, & mater omnium errorum.
- 62 Sindicatores an possint expedire causam post peremptam instantiam; et si expediunt, an puniantur.
- 63 Sindicatores an possint expedire causas, si accusæ sindicandi suic lapsus terminus sindicatus, & perempta instantia.

CAPVT III.

Quo ad tertium præmissum, quid facere habeant officiales in eorum ingressu, & quomodo se gerere habeant in officio, ut in fine possint reportare laudes; & honores, non illos, quos refer Dominus Petrus Follerius in suis fragmentis, de laudibus, & fructibus officialium, quod sunt mors, carceres, & calamitates, sed laudes omnium virtutum bonarum cum summa gloria, doctrinas, morum probitates, virtutem integratam, debent postquam fuerint electi officiales in aliqua Ciuitate, vel terra ad administrandum Iustitiam, cum obtinuerint litteras cõmissionales petere pro exercendo officio ad illam Ciuitatem, vel terram ad capiendam posse sessionem, facere ingressum, & in ingressu tenentur statim presentare litteras commissionales Sindicis, & Electis illius loci, in quo officium administrare intendunt, & illas legere, & legi facere coram dictis Sindicis, et Electis, alias ad officium admittendi non essent, vt Baldus in l. Margarita, in Verb. littera. Anna allegatione 143.n. 2. gloss. in cap. Cum in Iure periodus, in Verbo Caveat ergo de officio, & potestate Iudicis Delegati. Quæ litteræ Commissionales diversis modis formari possunt v. 3

Marchio Pasti. Id est titulus Domini concedentis.

Magnifico Viro V.I. D. N.N. Nobis fidei dilectissimo sal. Bonam voluntatem, & in commissis fidem, & diligentiam ad honorum custodiā, malorumque vendictam, Princeps portat gladium, Imperijque potestatem exercet, qui dum iuste, sequit improbos, pacificos seruat in tranquillitate securos. Ut igitur executio Iustitiae vigeat, neruus publicæ discipline non lenescat; illi constituendi sunt Praefides, qui ab iniurijs malorum innocentes custodian, & unicuique apertis ostijs, & equaliter iura reddant, sane plenarie confidentes, de sua legalitate, fide, scientia, integritate, & sufficientia, te predictum V.I.D. N N. Capitaneum, Gubernatorem in d. nostra terra NN. per Annū unum integrum à die tui ingressus, & deinde in ante ad nostrum beneplacitum facimus, constituimus, & fiducialiter creamus; ordinamusque, & nominamus, amoto inde quolibet alio in dicto Officio Praedecessore, sine eius infamiae nota, ut valeas Iura omnibus potentibus reddere. Mandamus igitur, ut statim, receptis praesentibus, personaliter ad dictam nostram terram NN. te conferas, dictum officium Capitaneatus, seu Gubernatorius apud te diligentè assumas, illudque ad honorem, & fidelitatem Regiam, atque nostram fideliter, & legaliter studias exercere, ac

Tractatus Aureus:

præstata cautione da stando sindicatu*m* in fine dicti officij, & reddendo rationem, ut decet; Concedimus tibi quatuor litteras arbitriarias cum mero, mixtoque imperio, gladij potestatem, & vices, & voces nostras; ac etiam potestatem nostram, dictumque officium exercendo singulis conquerentibus iustitiamque administrando, neminem grauando, odio, rancore, prece, vel amore, seu relevando iniuste, sed semper Deum, & iustitiam præ oculis habendo. Delinquentes verò, & facinorosos castigando, & primendo, secundum merita delictorum, pro vt melius tibi de iustitia visū fuerit: Pænas, & Banna, quas, & quæ ritè, & rectè duxeris imponenda per nostrum Camerarium exigi volumus à transgressoribus eorumdem; de quibus condemnationibus, duo consimiles quinterni fieri debeant, quorum unus per te conficiendus apud te remaneat, alter verò penes Camerarium nostrum de dicta terra: Volumus tamen, quod nullo modo durante dicto officio possis recedere, & non assistere in terra predicta absque licentia nostra, & in casu contrario, liceat nobis alium Capitanum creare, & destinare in terra predicta. Nec non volumus, quod neminem ad transactionem admittas sine nostra licetia in scriptis; ac etiam in causis, ubi mors ciuilis, vel naturalis venerit imponenda, vel esse tortura alicui

inferēda ante exequutionem, reddere debeas nos certiores, & ne in vanum labores, & ut commodius dictum officium exercere valeas, nostro Erario, siue Camerario, ac singulis, ad quos spectat, precipimus, & mandamus, quod tibi prouisionem ducatorum . . . de prouentibus per te faciendis, tertiatim soluant. Veram ultimam tertiam nequaquam soluatur, nisi possit sindicatum per te dandum. (vt est de Iure iusta allegat. per Carolum Rota concl. 14 n. 40.) Concedimus tibi etiā omnia alia. Iura, & emolumenta solita, & consueta, pro vt alijs tui prædecessores recipere, & habere consuerunt; Camerario, Sindicis, & Electis, Vniuersitati, & hominibus dictæ terræ, ac singulis, ad quos spectat, & spectabit, iniungimus, et mandamus, vt te pro tali recipient, tibi pareant, et obediant, emolumenta conferant, lucraque, et honores, et priuilegia tribuant; nec quisquam audet contradicere sub pæna ducatorum mille, indignationisque nostræ etc. In quorum fidem has litteras fieri, nostroque Sigillo muniri iussimus, nosque subscripsimus. Datum etc.

Sunt, et aliæ diuersæ formulæ, quæ secundum hominum opiniones, et capacitates formari possunt, et omnes continere debent eamdem substantiam; ita vt totus sensus Regiae nostræ Pragmaticæ compræhendatur.

De Sindicatu Officialium.

31

datur, et uniformetur in litteris commissionalibus.

Quibus demonstratis, ac lectis coram Sindicis, et electis, si una universitas, vel sindici nollent acceptare officiale, seu Capitaneum; tunc statim Capitaneus requirat sindicos, & electos, et alios deputatos, et homines ipsius Vniuersitatis in genere, et in specie ex parte Regie Majorie, et sub pena in litteris patentibus contenta, ut eum recipiant, et admittant in Capitaneum, et obseruent litteras patentales, et omniaque in eis continentur, et protestetur de damnis expensis, et interessu, et de delictis forsan committendis in dicta terra, et eius territorio; et districtu, quæ si cum recipieren, non committerentur; et de omnibus requirat Notariu, et testes, et fieri faciat publicum instrumentum, et cum eius copia certioreetur superior, cum nominibus, et cognominibus illorum, qui contradixerunt, et interim ipse non discedat de terra predicta, et se ponere debet in locum tutum, et securum, cum sua auctoritate, cum magna modestia, nec debet odium demonstrare, nec minas inferre, et expectet donec aliter per superiorem fuerit prouisum.

Et si nullum obstat impedimentum, debent praedicti Sindi, et alij de regimine Officiale in admiserere; et in calce dictarum litterarum

rarum prouisionalium, debent ita scribi facere per Cancellariu Vniuersitatis v3.

S D?es, etc. Mense, et Anno, etc. Iseruiæ etc. retroscriptæ litteræ commissionales fuerunt presentatae N. N. N. Sindicis, et Electis Terræ N. pro praesenti anno in dicta Terra, vel Ciuitate, per quos receptæ fuerunt supra caput, omni qua decet reverentia, et parati sunt obedire in xta ipsarum consentiam, et tenorem, dummodo dictus N.N.. praestet cautionem de stando, et parendo sindicatui, servata forma Reg. Pragm. infra dies sex, vel etc. ab hodie, et obseruet Capitula municipalia, stilos, et consuetudines dictæ terre, vel eiusdem Ciuitatis. Solent etiam prius praestari tales cautiones, & deinde dicere, statu cautione prestita de parendo sindicatui, et obseruando stilos, et consuetudines, etc. fuerunt litteræ commissionales praedictæ receptæ supra caput, et parati sunt obedire, etc. Et deinde subscribantur Sindi, & Electi, latem per signum Crucis, si scribere nesciant.

Et si officiales non praestent cautionem seu idoneam fideiussionem de parendo, & stando sindicatui possunt repelli, prout in hoc Regno Neapolitano Sancium est per Reg. Prag. quinta sub c. Iudicum, ne officiales assumantur nisi praestet idoneam cautionem, Rota: conclus. 14. num. 15. in fine, & late pro:

probat Borelius in tractat. de Magistrat. edit. lib. i. cap. 15. vbi probat cautionem magistratus, & fideiussionem de reddendis rationibus in sindicatu posse cogi ad prestandam in loca administrationis officij, vel saltim in Regijs Tribunalibus, per ut testatur Capiblan. super Regia Prgam. 5. num. 178. tit. de Baronibus to. 1. & habetur in leg. de die §. Iabetur, ff. qui satis dare co-guntur, & pesset impediri possessio per Vniuersitatem, pro ut ita testatur Nouarius de Vassalorum grauaminibus grauamine 286. num. 3. fuisse determinatum per Sac. Cons. pro Vniuersitate Ruscigni. Ino in litteris pa-tentibus, quæ consignantur officialibus quando petunt ad officium ponuntur verba videli- cēt præstata per te prius cautione de parendo, & stando sindicatu, & quotidie practicatur, & per M.C.V. siue in R. C.S. recipiuntur fideiussiones de parendo sindicati, præstata per te prius cautione de parendo, & stando sindicatu per officiales Terrarum Regni ad tollendas difficultates quæ in dies eueniunt maxima in illis Terris in quibus Vassali habent differentias, cum Ba-rone solent resistere officialibus in ingressu officij, & curant quod nemo ex ciuibus fideiu-beat. Ino Barones procurare debent quod officiales electi, si alia exercuerint officia exhibere

debent litteras liberatoriales, ut dictat Constit. Regni incipiens, volumus cap. Regni veterum, et cap. (item statuimus, quod tam Iustiarij) Ritus M.C.V. 295. Reg. Pragm. volumus sub tit. de Baro-nibus, et eadem nostra Reg. Prag. Regie dignitati idem Nouarius grauam 287. num. 1. et 2. Ex quibus omnibus infertur, quod omnes illi, qui tenentur eligere aliquem ad aliquod officium, imitari habent Justinianum in Autb. de Iudicibus §. 1. vers. Quia vero competens est, esse eligen-dos in dignitate prouectos ex-perimento causarum multarū, aut plurimi temporis exercita-tos, et maximè in causis sindi-catorum, cum eorum Assesso-res debent esse Doctores potio- res, qui moribus, et virtutibus præcellant, non leuis auctori-tatis, sed præter veterem, et benè fundatam Iurisperitiam, ut in Ecclesiast. 34. Talem Do-ctorem sectari debet, ut sic de-fonte magis quam riuulis hau-riat veritatem. Can. Ieiunium, post principium 76. distinet. Nec eligendus est qui Doctrina inu-tilis ex fauore potentij scolas auditoribus implere laborant. Frequenter enim ex potentia augetur auctoritas in doctores. l. 2. ad finem, de Origine Iuris, quod fieri non debet. Can. Ego, et quod ibi notatur 9. distinet. ; quia potius talis non dicendus est Doctor, vel professor, sed per.

pērcessor: Evidem certe mul-
tos Doctores legū habitu plus.
quam re vocatos esse dolores
legum, & peruersores, seu per-
cussores Iuris ciuilis potius quā
professores leg. 2. s. hoc autem,
quod ab initio ibi legum peruer-
sores, ff. de veteri Iure enucleando.

9 Legum peruersores sunt nō-
nulli Doctores legū esse vo-
lentes, non intelligentes quæ
loquuntur, & coram his non
sunt dicenda verba prudentiæ,
quia esset sicut in Proverb. 23.
In auribus insipientium ne lo-
quaris, quia despiciunt Doctri-
nam eloquij tui, & esset mitte-
re margaritas ante porcos, cō-
tra quos S. Hieronymus super il-
lud Eccl. 10. Verba oris.

10 Et cum præstet hoc loco ma-
teriam loquendi de malis Iudi-
cibus, sciendum est, quod tales
mūltis nominimus appellātur;
v.g. Canes muti. can. si Rector
43. distinctione. Leo rugiens, &
quasi Lupus rapiens prædam.
Eccl. 22. & propter hoc eis po-
testas administrandi tollitur.
Ezechiel. 34. Canis impudicus
propter defecum Regiminis.
Can. qui nec 2. quæst. 7. Dicuntur
Cerui propter negritudinem
peccati. Can. nou omnes 2. quæst.
7. Dicuntur Rustici, à rustici-
tate. Can. in princ. 46. Distin. Di-
cuntur Galli gallinacei, ex eo
quod modum gallinæ habent,
sicut gallina non cātat, nec ho-
ras annunciat, sic malus Iudex,

nec Iustitiam prædicat, nec pa-
cem annunciat. Dicuntur etiā
Capones, quia sicuti Capones
non generant, ita nec Iudices
huiusmodi utiles fructus tran-
quillitatem seducunt Iustitiæ
obseruatione subiectis; & sicut
Galli gallinacci non pugnant
pro gallinis, ita Iudices ignari
non pugnant pro subiectis suis.
dicto Can. si Rector. 43. distin. Et
sicuti Capones se solos impin-
guent, sic & Iudices cupidi nul-
lo Iustitiæ zelo, aut caritatis
ardore seruantes, solum propriis
delectationibus student, & Ca-
pones aduocationes gallinarū
nullas voces emutunt; sic Iudi-
ces negligentes pro pauperibus,
& bono publico nullas Iustitiæ
leges, neque sententias edunt,
& propterea isti mali Iudices à
susceptis honoribus deiiciuntur
Can. dict. 81. distin

11 Sed eligendos imitatores Ci-
monis, qui cum pugnasset stre-
nuè in bello, non paruam sibi
laudem, ac benevolentiam com-
parauit, itaque multis iam ad
eum confluentibus, animi, &
ingenij præstantia omnibus præ-
stitit: Ex quo cum ad Reipubli-
cæ dignitates capessendas se
dedisset, à populo prò benigno
admissus fuit, & cum ob facili-
tatem pompositos mores, fami-
liareque viuēdi genus omnibus
carus esset, ad comprimentum
Potentum audaciam, fastumq;
non ineptus habebatur, ad hūc
diem

Tractatus Aureus.

34

diem eius reliquæ in Acticam delatæ, & in monumentis positæ, quæ cimonia dicta sunt. Citienses etiam quodam ejus colunt sepulchrum. Quibus in terra sterilitate imperatū aiunt oraculo, ac Cimorum despe- Qui haberent; Sed eum vene- rarentur, & colerent: sicque officia, & dignitates debent cō- ferri propter virtutes, & bene-
merita in tit. de Ambitionis n. 1.

3. et 5. Non sunt eligendi inter- rescati, quia ob pecuniam pre- sumuntur omnia mala facere.

Est etiam aduertēdum, quod habent gladij potestatem, non quod verba illa sonent de gla- dio materiali, sed de legali gla- dio punitivo, pro ut sic reti- nuerunt Alciatus 2. Paradoxo- rum 7. et 8. Corasius 3. Miscel- leorum 17. Cuiacius 21. obseruat. 30. et omnes alij recensiones existimant glidis nomine pena quamlibet continere grauiorē, et minorem secundum subiectā materia in vario modo accipiē- dum iuxta tradita in s. Ad hanc prohibemus. Aut. de Collatori- bus, etc.

13 Debet officialis in ingressu sui officij, non solum præstare cautionem de parendo sindica- tui, ex dictis supra in num. 5. versic. Et si officiales, sed etiam iurare obseruare consuetudines Capitula Municipalia, ut in-

Constitutione, quæ incipit. In- ter cætera, Carolus Rota d. con- clus. 14. num. 15. et testatur Paris. de Puteo in suo tractatu de Sindicatu in Verbo Iuramen- tum, vbi plenarié habetur de multis speciebus Iuramento- rum, ad quæ officialis tene- tur, vt ibidem num. 4. dicit, quod si officialis iurauerit ob- seruare statuta, et ex iusta, vel euidenti causa non seruauerit, non tenetur in Sindicatu ad pe- na in periurijs iuxta Constit. Re- gni, quæ incipit: Cum iusta pro- uidendum, et sic officialis in principio officij post captam possessionem ad bonum regiū solent emanari facere banna, que prætoria appellantur, & complectuntur varia, et diuersa crimina, quibus po- stea emergentibus faciunt inqui- sitiones speciales vigore bannorum; Quorum vigore non possunt penas statuere con- tra Ius, nec eas alterare, ex eo quod iurant in principio serua- re Iura Regni, vt dictum fuit supra, de quibus omnibus vide Marantam in suo speculo Advo- catorum, part. 6. vers. et practi- catur aliquando per viam Inqui- sitionis num. 31. Tenor bannorum pro ut feci in ingressu mei offi- cij in hac fidelissima Ciuitate Ilerniæ, talis est v 3.

De Sindicatu Officialium.

25

Philippus Dei gratia Rex, nunc verò Carolus II. Dei gratia Rex, Regina
Mater tutrix, & Gubernatrix.

D. Francisca Carrafa Principissa Ciuitatis Iserniae Mater, & tutrix D. D.
Francisci Mariæ de Aualos, & Domina Comitazus Montis Odoratij &c.
V. I. D. Marcus Antonius Celiana Vice Princeps, et Gubernator Ciuitatis
Iserniae.

15 E stato sempre solito di tutti gli Officiali nell'ingresso, che fanno nelle terre dove sono stati deputati Officiali, così maggiori, come minori, Regij, o Baronali per il culto della giustitia, & estirpare li delinquenti, per quiete de' sudditi farsi li banni pretorij: per tanto ci è parso anco à noi fare li presenti banni, con li quali si ordina à tutti, & singoli persone, tanto Cittadini, quanto forastieri habitanti, e commoranti in questa Città d'Isernia di qualsi uoglia stato, grado, e conditione se siano; che dopò la publicazione di essi debbano, e ciascheduno di essi debbia obedire, & osservare tutti li sequenti banni, secondo il tenore, e continentia di esso.

In primis si ordina, e comanda à tutti vt supra, che dopò la pubblicazione del presente non ardiscano, né presumano biasemmare, o potrezzare il nome di Dio N. Signore, né della sua SS. Madre Vergine Maria, né d'altri suoi Santi, sotto pena contenta nelle Reg. Pragm. e costitutionsi del Regno.

Item non sia persona alcuna, che presuma ricettare, e dar vitto, e vestito, aiuto, e fauore in qualsi uoglia modo alli delinquenti, e cōtumaci, sotto pena contenta nelle

Reg. Pramatiche.

Item, che non sia persona alcuna; vt supra, che presuma andare armato nè di giorno, nè di notte di qual fiuoglia sorte di arme offensive, e difensive, tanto per dentro detta Città, quanto per fuora, cioè terriorio, e suo distretto, sotto pena d'onze cinquanta, e di perdere l'armi d'applicarsi à questa Principal Cortc: e volemo, che ce incorrano etiam non capti cum armis, mà toties quoties si costerà essere andati con l'armi per due testimoni de visu degni di fede &c.

Item si ordina, vt supra, che dopò sonate le due hore d'notte, niuna persona possa caminare per dentro detta Città senza fuoco, o lume, sotto pena di decati dieci per ciascheduno d'applicarsi alla Principal Camera la terza parte, l'altra alla Corte, tante volte, quante volte contraueniranno.

Item si ordina, e comanda, che non sia persona alcuna, vt supra, che presuma portare per la Città accette, ronche, saglioccole, bastoni con aste, e scoppette, tanto à fuoco, come à grilletti, ed ogn'altra sorte, etiam per il territorio, e distretto sotto pena d'onze dieci, e di perdere l'armi, d'applicarsi vt supra.

D

Item

Item si ordina, e comanda à tutte le persone vt supra, che non presumano far violenza, e resistenza, nè dir parole ingiuriose à seruienti e famigli di Corte, sotto pena contenta nelle Reg. Pragm. & altra à nostro arbitrio riseruata: mà essedono richiesti per seruitio della Corte loro gli sia dato ogni aiuto, e fauore necessario; & chi contrauenirà, incorra nella pena delle leggi, e Reg. Pramatiche.

Item non sia persona alcuna, vt supra, che presuma dir ingiurie, male parole, far resistenza, o violenza alli Magnifici del gouerno di detta Città, mà quelli habbiano ad vbidire, rispettare, e riuerrire, come se fusse la persona nostra circa l'amministracione dello loro Officio; e non si faccia il contrario sotto pena di onze 25. & altra arbitraria.

Item si ordina, e comanda, che nessuno vt supra presuma giocare à dadi, & à carte, & ad altri giochi prohibiti, nè accogliere battrie nelle lor case, e botteghe, sotto pena contenta nelli Regij Banni, e di docati 25. d'oro d'applicarsi vt supra, permettendosi il gioco delle carte solamente nell'i giochi permessi dalli Regij Banni, e non altrimenti,

Item si ordina, e comanda, che il Maestro d'Atti habbia da scriuere in libro, secondo l'antico solito tutte le querele, & accuse, che si faranno, conscriuere l'accusato-

re, & l'accusato, la causa, li testimonij, che sono stati presenti, il giorno, & il luogo; e quando se facessero delitti graui per la Città, che non si sapezzero da noi, volemo, che subito ne diano auviso à Noi, & al Maestro d'Atti, quādo n'huesse buisuto lui notitia del tutto detto Maestro d'Atti, ce ne dia auviso.

Item per toglicre li scandali, & evitare li delitti, che possono nascere dal farsi questione, volemo, & ordinamo, che nissuna persona possi fare questione, nè rissa, nè tumulto, nè dirsi parole ingiuriose l'uno all' altro sotto pena di onze 25.

Item, che nissuno ardischi parlare con barretta in testa, seu cappello à tempo, che si parlerà, ò cercara giustitia al Sig. Gouernato. re, e mentre tenerà Corte, ò dunque si trouerà debbia tenere il Cappello in mano, e parlare co' ogni debita riuerenza, rispetto, e creanza con voce sommessa, & non altiera, sotto pena di docati 15. d'applicarsi, vt supra, e da esigersi tante volte, quante volte si contrauenirà.

Item si ordina, e comanda, che nessuna persona presuma, & ardisca fare resistenza alli Mastri d'Atti, e famigli di questa principal Corte, quando esercitaranno li loro ufficij, sotto pena contenta nelli Regij ordini d'applicarsi, vt supra, e da esigersi tante volte, quante volte se contratenirà:

Item

De Sindicatu Officialium.

27

Item si ordina i & comanda, che tutti quelli, che teneranno processi, e scritture concernentino alla nostra Corte; tanto di processi civili, quanto criminali, ed ogn' altra sorte, debbano subito riuestrarli, & consignarli in potere dell'odierno nostro Mastro d' Atti, altrimenti elassi tre giorni dopo la notification del presente, et rovandosi scritture di qualsiuoglia modo concernentino alla nostra Corte, volemo, che quelli li quali non haueranno restituito, e consegnate dette scritture, e che haueranno cōtrauenuto à questo nostro Banno, volemo, che incorrano nella pena di docati 20. & di posserli punire, etiam di pena falsa, come occupatori di scritture publiche.

Item si ordina, & comanda alli Tavernari, che non debbano ricettare forastieri con arme, né altre gente armate, se prima non ne daranno notitia al Sig. V. Principe, e Gouernatore di essa, e quelli, che cōtraueniranno toties quoties, volemo, che incorrano nella pena di docati cinquanta, la quale volemo, che si applica vt supra.

Item si ordina, e comanda, che non sia persona alcuna, che presuma medicare ferite di qualsiuoglia sorte, se prima non ne darà notitia à detta nostra Corte, sotto pena di docati 30. & altra contenuta nelli Regij Banni. tanto se sarà Barbiero, quanto ogn' altra per-

sona di qualsiuoglia stato, grado, conditione, toties puoties incorreranno, & contraueneranno al detto nostro ordine, e Banno.

Item, che non sia persona alcuna, che per la Città possa portare mazza, bacchetta, ò bastone, sotto pena di docati sei d' applicarsi vt supra.

Item si ordina, & comanda, che nessuna persona vt supra ardisci in presenza del Sig. Vice Prencipe, & Gouernatore, dire parole ingiuriose l' una con l' altro, né parole dissiuenti, & inconuenienti, e sconuenienti, sotto pena di docati dieci d' applicarsi nel modo vt supra.

Item, che ogni persona vt supra sentendosonare la Campana all' arme, si per seruitio Reggio, come Baronale, subito debbano pigliare l' arme, e comparire auante il Sig. V. P. & Gouernatore, & andare dove occorrerà, & saranno commandati per eseguire detto seruitio; & facendosi il contrario, volemo, che li conuenienti incorrano nella pena d' onze cinquantæ da pagarsi subito, & applicarsi, &c.

Item, che nō sia persona alcuna possa scalare le mura della Città, né intrare, & uscire; né in quelle far peruso, né aprire le porte con chiave false, ò d' altra maniera, sotto pena contenta nelle leggi, & altra arbitraria.

Item si ordina à tutti, che nessuna persona possa andare cantando, e

sonando per la Città di notte, senza nostra licenza sotto pena di docati 12. da applicarsi ut supra, e di perdere l'istromēto toties quo, ties si contrauenirà.

Item si ordina à tutti ut supra, che in tempo, si reggerà Corte, nessuna persona possi toccare la tauola, e banca della Corte, mà star lontano per mezza canna, e dire quello, che gli occorrerà; & ogn'altra persona, mètre uno parla, due star quieto, & consilenzio con barretta, seu cappello canato in detta Corte, seu Casæ, dove si regge Corte, sotto pena di docati 10. toties quoties &c.

Item, che nissuna persona possi fare monopilio, seu conuenticole, nè in publico, nè in priuato, seu contra la Cattolica Maestà, Regij superiori, e contro questa principal Corte, e Vice Principe, & Gouvernatore sotto pena contenta nelle Regie Pramatiche.

Item, che nissuna persona possi fare mascherate, nè andar transuestito per detta Città senza nostra licenza in scriptis sotto pena di doc. 25 da applicarsi, ut supra toties quoties.

Item, che nissuna persona possa tirare archibugiata per dentro detta Città, nè di giorno, nè di notte sotto pena di docati 10. & altre contente nelle Regie Pramatiche.

Item si ordina, & comanda, che occorrendo trouarsi alcuna sorte d'animali forastieri in questa nostra giuridictione, quelli li quali

li teneranno, e trouaranno, debbano frà termine di vn giorno darne notitia à questa nostra Corte, & asportare detti animali in nostro potere, affinche si possano restituire alli veri Padroni, che si trouaranno, e chi contrauenirà, oltre che sarà castigato, & punito di furto, incorrerà anco nella pena di docati 25. da applicarsi ut supra.

Item si ordina, & comanda, che accorrendo tumulto, e questione in Piazza publica, ò in altri luoghi tanto dentro, quanto fuori l'abitato di detta Città, si debbano dare subito notitia, & anco dargli agiuto necessario, affinche si possano per questa nostra Corte castigare li delinquenti, e li delitti non restino impuniti, & facendosi il contrario, volemo, che si incorrano li contrauenienti alla pena de docati 25. da applicarsi, ut supra.

Item si ordina, che se in questa Città, e suo distretto, e territorio succedesse qualche furto, volemo, che tanto il disrubbato, quanto ogn' altra persona, che saprà esser commesso detto furto, ò altri delitti, che ce ne diano subito auviso, è ti stessa pena di carlini 25. da applicarsi &c.

Item si ordina, e comanda, ut supra, che accascando ponersi fuogo in qualsiuoglia casa per disgrazia dentro di questa Città, volemo, che li vicini, & altre persone, debbano

biano correre subito à dare agiuto con acqua sotto pena di docati sei per ciascheduno, da applicarsi ut supra toties, &c.

Item per leuare l'occasione di ponersi fuoco in qualche casa dentro di d. Città, si ordina ut supra, che non sia persona alcuna di detta Città nè forastiera, che ardischi di mettere paglie, ò fieno dentro detto habitato della Città predetta; mà ong' uno se l'abbia datener fuora dell'habitato per seruitio delli loro animali, e possono solamente entrarne tanto la sera, quanto basterà per seruitio, & vitto dell'animali, che teneranno nelle stal- le, & non si faccia il contrario sotto l'istessa pena da applicarsi, ut supra.

Item si ordina, & comanda ut supra, che trouandosi alcuna persona co furto sopra, di qualsiuoglia sorte di robba, ò animali li debbano subito presentare in potere della Corte & finche seli possa dare il condeguo castigo; e facendosi il contrario, oltre che saranno puniti, come occultatori delli delitti, incorreranno nella pena di docati 25. da applicarsi ut supra.

Item si ordina, & comanda, che tutti li panettieri, tauernari, potegari, e pizzicaroli debbano vendere le loro robbe seruata la forma della positura tassa, seu assisa, che imponeranno li Grassieri, seu Catapani con peso giusto, e

giusta misura, acciò non siano defraudati li compratori, sotto le pene contenute nelle Regie Pramatiche, e di docati 10. da applicarsi ut supra.

Item, che di niun tempo in qualsiuoglia modo volemo, che non possondi andare porci per dentro detta Città di qualsiuoglia persona, che fussero, sotto pena di carlini 15. e di perdere il porco.

Item volemo, & ordinamo, che niuna persona di qualsiuoglia stato, grado, & conditione se stano, che non presumano cacciare mano alla spada per qualsiuoglia occasione, sotto pena di docati 100. & altre della Regia Pramatica da applicarsi ut supra.

Item, che nessuna persona possa andare à caccia con arme di qualsiuoglia sorte, nè di pelo, nè di penna, senza nostra licenza, sotto pena di docati 6. e di perder l'armi.

Item si ordina, & comanda, che nessuna persona possa buttare mondezza, & sporchitie auantile loro Case nelle pubbliche Piazze, nè in altri luoghi per dentro detta Città, nè tenercele circum circa le dette loro Case immonditia alcuna sotto la medesima pena di docati 6. da applicarsi ut supra.

Item, che nessuna persona ardischi far danno, nè rubbare li frutti nelle possessioni di qualsiuoglia Cittadino sotto pena di docati sei da applicarsi ut supra.

CAPUT IV.

QVIBUS publicatis, officialis dummodo manet in officio
 16 debet studere se bene ornare viuendi moribus, ut docet Foll. in sua Praxi criminali in principio, & cauere suauitatis, solatijs, commessionibus, & ebrietatibus, & non se dare debet, ut in Deuteronom. 21. ibi : Non in commessionibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione sermonis in-
 17 uenitur sapientia, sed meditando, scrutinando de mane, & sero sumpto prandio, & cena reuidere debet processus pē- dentes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus quid actum est, & quid superest agendum, secū- dum formam legis municipalis, aut statutorum, deficiente Iure communi. Discurrat, & pro-
 18 cedat, ut in cunctis agendis, nil vendicet odium, nil fa- uor usurpet, timor exulet, prēmium, aut expectatio prē- mij iustitiam non auertat. Sed staterā gestet in manibus, lances appendas; ex quo libra- mine, ut in omnibus, quæ in- cauſis agenda fuerint, prēser- sim in concipiendis sententijs, oculis habeat soium Deum, ip- sumque timere, ut mūdas va- leat habere manus, iuxta cap. Cum aterni de sententia, & reiu-

dicata in 6. cap. penult. 1. quest. 6. cap. Reg. vt status de offic. ord. & constit. Reg. cum circa de ordin. Iudic. cum alijs Iurib. alleg. a Ca- rolo Rota Florilegium Proc. con- cl. 14 num. 13. & Deo propitio erit in Sindicatu securus, & reportabit omnem gloriam, & honorem. Et quæ dicta sunt de officialibus, intelliguntur, & dieuntur de Sindicatoribus, & eorum Assessoribus, & hæc est 19 propria mens Reg. Pragm. no- strę per illa verba in principio posita. ibi: Populos sibi com- missos iuste gubernet, & per iusti- tiā in pace protegat. Nam si fi- nito anno officiales non pare- rent Sindicatui, daretur occa- sio, & audacia ad delinquendū, ut Verba dictæ nostrę Pragma- ticæ sonant, ibi: (Relatum est quandoque aliquos ex officialibus nostris, licentia quadā assumpta, tam in ciuilibus; quam in crimi- nalibus metas Iuris, & Constitu- tionum nostram transgredientes, & dictum est sup. num. & ita 20 testatur etiam Francus dec. 283 num. 25. & omnes Barones cum effectu curare habent, ut eoru officiales stent, & pareant Sin- dicatui, ut per Reg. Pragm. 5. de Baronibus.
 21 Considerandum est itaque, quod quæ dicta sunt de officia- libus, & potestatibus, eos habe- re iurisdictionem ordinariam, eis mandatam cum mero, mi- stoque imperio, & gladij pote- sta-

De Sindicatu Officialium

31

state, debete esse iustos non pē-
dentes ad dexteram, neque ad
sinistrā; Ita etiā Sindicatores ha-
22 bent ordinariam cum mero,
mistoque imperio, gladij pote-
state, prēter alibi alleg. Carolus
Rota florileg. Pratt. concl. 14. n.
48. sed ad tempus, & limitatā,
non prout erat prius per quin-
quaginta dies tenebantur expe-
dire causās; sed per ius nouissi-
mum Regni tenentar infrā qua-
23 draginta dies pro quolibet an-
no assistere officiales in Sindi-
catu, ut in Reg. Prag. 4. de Sindi-
catu, quæ incipit: Magnifice:
Vir, per verba illa: Stabilendo-
li per ogn'anno dell'amministra-
tione predetta, venti dì di termi-
ne ad porrīendum querelas, &
venti altri dì ad proseguendum,
& Reg. Pragm. 7. de compositio-
nibus, quæ incipit Illustres s. e
nel tomar de los Sindicatos. Rota
vbi supra num. 29. & 59. & di-
ctus terminus cum sit promul-
gatus á lege ad tempus sine fa-
cto hominis, non potest à Si-
24 dicatoribus dilatari, & abbre-
uiari, prout dictæ Regie Prag-
maticæ determinant, quod se-
cūs esset si terminus esset datus
Sindicatoribus cum facto homi-
nis, quia posset elongari, & ab-
breuiari, vt dixi in meis obser-
vationibus ad Praxim iudicariā
Sac. Reg. Cons. D. Andreæ de Iser-
nia adhuc in lucem non edita pro-
pter penuriam pecuniarum, sed
adest approbatio, in cap. 5. de-

termino ad probandum, num. 58
vsq; ad 61. & hic terminus Sin-
dicatus currit de momento ad
momentum, & est continuus,
25 vt Paris de Puteo in dicto suo
tractatu de Sindicatu, in verbo
instantia cap. 1. num. 2. 3. &
4. Rota loc. cit. num. 59. &
ideo in causa Sindicatus Sin-
dicatores possunt procedere
etiam die feriata ad honorem
Dei, vt per eundem Paridē in-
dicto suo tract. in Verbo feriae, &
causæ Sindicatus celeritatem
requirunt, ex eo quia sunt par-
uo tempore duraturæ, & eoru
26 iurisdictio est limitata. sunt
præterea priuilegiatae, vt di-
xit Ludouicus Romanus in L. si ve-
rò s. si de vero, ss. soluto matrimo-
nio adductus per Gram. decis. 58.
num. 16. Sicque si querelæ non
fuerunt porrectæ, seu præsen-
27 tatæ infrā terminum dierum
viginti, datum ad porrīendum,
amplius dari, & præsentari nō
possunt; & hinc factum est,
quod officiales amplius mole-
stari non possunt, licet absolu-
tionem non obtinuerint, vt per
Ferratum, in sua cautela 14. &
testatur etiam Paris de Puteo in
dicto suo tractatu de Sindicatu in
Verbo Officialis cap. 5. nu. 7. circa
finem. Ratio est, quia termi-
nus ad porrīendum querelas
datus per Reg. Pragm. fuit ap-
positus iurisdictioni, & Iudicii,
& instantiæ, & sic elapsō ter-
mino expirat instantia cum Iu-
ris.

Tractatus Aurelius.

32

risdictione: & multi officiales euaserunt Sindicatum, ex eo quia quarelæ non fuerunt legitimo tempore præsentatae. Ideo sindicandi officiales finito officio, & expeditato aduentu eorum successorum, cum non possint discedere de officio, nisi per aduentum eorum successorum, vel cum licentia Proregis, vel Baronis, aliás incurrerent in pœnā perpetuę inhabilitationis ad alia officia maiora, & minora, vel similia exercenda; ac etiam in pœnam corporalem, & mortis naturali, prout fuit ordinatum ē Rege Roberto in cap. Regni, quod incipit. Scire volumus, & denuò per Cæsaream Maiestatem Carolum V. in Pragmatica, quæ incipit: Prohibemus. Et testatur idem Paris de Puteo in dicto suo tract. de sindicatu in principio Gizzar. dec. S.R.C. 30. ubi omnes addentes, formare debent libellum coram sindicis, & electis, & instare, & petere sindicatores sibi eligi in hunc modū videlicet.

29 Hodie, quæ est prima Mensis Martij 1667. hora vigesima, coram Magnificis Magistro Iurato, & alijs de regimine Ciuitatis Isernia comparet N. de N. V. I. D. terræ & dicit, quod cum anno elapsō fuisse honoratus de officio Vice Principis, & Gubernatoratus in dicta Ciuitate ab Excell. Domino Marchione Vasti, & Principe dictæ Ciuitatis, illudque exercuis-

set per annum ferè, &c. continuum, & pro obseruatione Reg. Pragm. Reg. Dignitati, intendat nunc parere, &flare sindicatu, ideo depositando, prout deponit officium prædictum instat, & petit per Dominationes vestras eligi sindicatores ad comparentem ipsum sindicandum pro administratione Iustitiae per ipsum facta; & protestatur, quod per se non stat, neque stetit, & quod terminus currat ab hodie prædicto die, & bora, non solum isto, sed omnino do meliori &c.

Quæ quidem comparitio [sic] corā sīdicos, & electos, vel alios de regimine præsentata, per ipsos sīdicos, & alios de regimine recipi debet, & fieri facere presentatam in ea per manus ordinarij Cancellarij statim, & incontinenti, vt supra dictum est, terminus currat de momēto ad momentum; & præsentata non est facienda per abbreviaturā in numeris, sed per extēsū (sub quo tamen modo, & forma fieri debet præsentatio, vt non incidat innullitatē etiā respectu scripturarum vide Rom. loc. cit. nu. 60. & iusta per eum alleg. determinauit M.C. V. in sindicatu cuiusdam nobilis huius Ciuitatis Neapol. qui esercuit officium Gubernatoris Ciuitatis Cauæ ad relationem Iudicis dictæ M. C.V.D. Caroli Petra.) & ex quo nemo fuit suspectus allegatus, solent dicti de regi-

De Sindicatu Officialium.

33

Regimine prouidere in calce
dictæ comparitionis hoc mo-
do v3.

Et per Magnificos Sindicos, et
31 Electos, vel alios. siue Magnificū
Magistrum Iuratum, & alios de
Regimine Ciuitatis, vel terræ præ-
dictæ, visa supradicta compara-
tione, & stante officio Gubernato-
ratus, seu vice Principatus, vel
Capitaneatus deposito per supra-
dictum V.I.D. N. de N. olim Gu-
bernatorem, fuerunt electi, pro
ut eliguntur Doctor Chirurgus
Franciscus Chiacciari, & Frā-
ciscus Ciarlante in Sindicatores
ad sindicandum dictum V.I.D. N.
N. olim Gubernatorem &c. pro
administratione Iustitiae per dictū
sindicandum administratæ, & in
Actuarium seu Scribam dictorū
sindicatorum elititur Not. Salua-
tor Marcellus, ut valeant dictū
sindicandum sindicare cum omni,
qua decet potestate nobis attribu-
ta; & expediantur literæ prouis-
tionales, seu commissionales in-
eorum personis in forma &c. Da-
rum &c. & sic mutatis mutandis
Possent sindici se instruere ad pro-
cedendum in omnibus similibus
casibus

32 Forma autem literarū com-
missionalium in personas sindi-
catorum electorum ut supra, ita
fieri posset v3.

Carolus II. Dei Gratia Rex Re-
gina Mater Tatrix, & Guberna-
trix &c.

Nos N.N. &c. ad presens Sin-

dici, & electi Ciuitatis, seu Uni-
uersitatis N.N. pro praesenti anno
electi ad bonum Regimen; & gu-
bernium dictæ Ciuitatis, vel Ter-
ra &c. significamus notum faci-
mus, atque testando fatemur qua-
liter V.I.D. N. de N. Terræ N. cū
exercuisse officium Gubernatoria-
tus, seu Capitaneatus in dicta Ci-
uitate, vel terra per annum unum
continuum, vel plures &c. & per
eundem depositato officio in ma-
nibus nostris, se obtulit stare, &
parere sindicatui, mediante ciui
libello quam nobis praesertim sub
Die & annis &c. praesentis an-
ni &c. hora &c. seruata forma
Reg. Pragmat., & de prædicio
officio per eundem administrato-
& de cunctis omnibus reddere
rationem prout Iura volunt, &
Reg. Pragmat. mandant, & ex-
postulant, petiuntque sibi eligi Sin-
dicatores: Attendentes nos pro
obseruantia dictæ Reg. Pragmat.
& Constit. Regni, ex eo, quod SS.
Imperatores cum scirent Iudici-
bus quod minus in iure dicendo, in
senteutijs ferendis iustitiae munus
expierent, odium, amicitiam, irā,
atque auaritiam omnino impedi-
mento esse, optimo iure sanciu-
erunt, ut Magistratus, & Iudices
qui iurisdictionis suæ administra-
tiones functi essent officio, cōtinuo
factorum reddere rationem, ut se
qui in huiusmodi gerendis super-
be, auare, cupidè, aut crudeli-
litè quid gesserint, non sine ma-
gnæ famæ existimationis nota gra-

E

nes

nes pro legibus constitutionibus
penis debitibus punirentur. Confise-
igitur plenariè de fide, legalitate,
scientia, integritate, moribus, &
sufficientia Mag. Doctoris Chirur-
gici Francisci Chiacchiari, &
Francisci Ciarlanti, & osque pre-
dictos N. de N. eligimus, creauim-
us, & deputauimus tamquam
non suspectos sindicatores ad sin-
dicandum N. d. N. olim Guber-
natorem cum iurisdictione, mero,
mistoque imperio, gladij potestate
exequendi nobis attributa vigore
Reg. Pragmat. Regiae Dignitati,
dantes in præmissis, & circa præ-
missa vices, & voces nostras, at-
que Regias vigore dictæ Regiae
Pragmat. & ut procedere possi-
tis in dicto sindicatu, tam per in-
quisitionem generalem, quam ad
singulorum instantiam, & que-
relas ciuiles, criminales, & mix-
tas, ad omnes, & singulos actus
necessarios, & opportunos. In quo-
rum fidem has præsentes litteras
commissionales per nostrum ordi-
narium Cancellarium fieri, &
scribi iussimus, & mādauimus, no-
strarū propriarū manū subscriptio-
nibus subscriptas, & munitas,
atque soluto sigillo Vniuersitatis
roboratas. Datum &c.

Denique supradictæ litteræ
commissionales subscribantur à
sindicis, & alijs de Regimine,
& sigillentur; postea debent
consignari sindicatoribus, qui
33 sindicatores debent notificari
facere ipsi sindicando; alias sin-

dicatoro[n]es non haberent iurisdi-
ctionem, nec habitu, neque
actu, vt textatur: *Glosa in cap.*
vt debitas de appellat. in verbo
assignatae.

Animaduertere tamen debet
sindici in electione facienda de
34 sindicatoribus, quod non sunt
eligendi inimici, suspecti, vel
alii odiosi, quia inimicitia actū
aggrauat, & huiusmodi elec-
tiones non ex odio, sed ex exi-
stimatione vera, & pro cōmo-
do Reipublicæ, & Ciuium sunt
facienda, quia inimici facilius
35 mentiuntur: l. i. §. Præterea, ff.
de questionibus, iuxta illud eccl.
ab inimicis tuis separare, ab ini-
micis tuis attende.

Inimicitia alia est expressa,
alia tacita, expressa consurgit
ex odio; quod est certum, vt
dictum est supra, tacita vero est
aliquem non diligere, vt colli-
gitur in cap. Inquisitionis §. ter-
tiæ extra de accusat; & notatur
ab innocentio in capite cum causa
de testibus.

Aliquando inimicitia est no-
toria, vt patet in Can. 1. & 2. &
Can. Placuit 90. distinet. Quales
autem inimicitiae requirantur,
& sufficient ad recusandum Ju-
dicem, videnda sunt quæ notā-
tur in Can. Accedens il 2. 11. qu.
3. etiam amici, idest inimici
37 reconciliati repelluntur: & nō
sunt eligendi sindicatores, vt
notatur in cap. per tuas extra
de Simonia, vbi veteres inimi-
citia,

De Sindicatu Officialium.

35

tię ut repelluntur. Notatur etiā per Archidiac. in cap. accusatores 3. q. 5. & interdū ex odio insurgit inimicitia, iuxta illud: Perfecto odio oderā illes, & inimici facti sunt mihi, vt in Psalmo Domine probasti me 138. Vnde contra officiales mērum, & mixtum imperium exereentes, facilius grauis insurgit inimicitia, cum non possint Officiales, vt supra dictum est, omnibus com-
38 placere; vnde in 6. Politico dicatur propter delictorum punitio-
nem, & tributorum vehe-
mentem exactiōnem Præses ha-
betur odio à subiectis. Autb.
vt Iud. sine quoque suffragio §. il-
lud v3. & cap. Qualiter il 2 §. li-
cet ex era de Accusat. & cum istis
taliter odientibus debemus con-
currere ad euitandum illos, &
si taliter fuerint deputati inimi-
39 ci sindicatores, talis deputatio
est omnino irrita, & nulla, vt
in l. Si propter inimicitias, alias
vnica C. si propter inimicitias
ereatio facta sit. lib. 10. & idem
testatur. Paris de Puteo in di-
cto suo tractatu de sindicatu, in
verbo suspicio cap. 1. ubi dicit,
& determinat, quod Vniuersitas,
qua habet priuilegium eli-
gendi sindicatores, & elegeret
suspectos, poterunt vt suspecti
allegari, & adducit etiam cau-
fas suspicionis esse, si sindicato-
res electi fuissent ipsi, vel ali-
quis de sua familia tempore of-
ficij sindicandi per ipsum sindi-

candum, inquisiti, puniti, vel
carcerati; quia pro sindicando
40 multum præsumitur; & addu-
cit textum in cap. Ea quæ de re
iudicata 16: & leg. 2. de officio ci-
uil. iud. Quia Iudex exēcendo
officium, & exequendo Iusti-
tiā non facit iniuriam. Tamea
quia æquiparatur Inquisitori,
& accusatori, vt in l. Ait lex de
41 Iureiurando, & Innoc. in cap. ex
parte, de Verborum significat ex-
preſſe dicit, quod asumit in-
quisitio primordiale in natura
accusationis l. Certi conditio, ff.
de rebus dubijs si certum pesatur;
propter quod præsumitur, quod
inquisitus, vel carceratus ger-
rat in animo inimicitiam con-
tra inquirentem, quia veritas
semper odium parit.

42 Et maximè his nostris tem-
poribus, vt per Sanctum Hie-
ronymum in Epist. 4. ad Galatas.
Ego inimicus factus sum vobis
verum dicens; & maxima re-
prehensione digni essent Sindi-
ci Christiani, quod sint proclives,
& propensi ad vendicatio-
nem; quodque omnibus mo-
dis cogitent, qua nām ratio-
ne eos vicisci queunt, qui se in
hunc casum iniuriam non affe-
cerunt; quia Iustitia de Cælo
prospexit, & dati sunt Indices
ad bonum Regimen, & officij
necessitas eos excusat, non per
43 hoc malum probabo rependat.
Tales æquidem imitatione nō
exprimunt levitatem. Davidis,

qui dixit; si retulero ijs, qui malum mibi dederunt, mala eadem ab inimicis meis vanus. Proinde necesse est nos stolidas, & furiosas animi commotiones sanctorum exemplorum memoria comprimere, cogitando quam aequo animo David violētiam Semei pertulerit: Non enim ille tantum temporis dabat ire, ut accendi potuerit, sed omnem iram in Deum conferebat, dicens, Dominus in mandatis dedit Semeo, ut execraretur Davidem; ideo, cum se appellari audisset virum sanguinum, & virum iniquum, non succensebat illi, sed animo abiecto, & demissio fuit, quasi meritō contumelijs oneraretur.

Hic sciendum est, quod hodie cum sindicatoribus non possit interuenire officialis successor in officio ad sindicandum.
 44 olim officialem, prout dispositum erat antiquitus per capitulum Regni, quod incipit. Volumus, quia per nostram Regiam Pragm. & aliam Caroli V. editā in anno 1536 quæ incipit: Volumus, quæ est supra sub tit. de Baronibus disponitur, quod sindicatus reddatur coram sindicatoribus eligēdis per Vniuersitates, ubi gessit officium absque interuentu successoris. Ne restatur Carauit. super Ritibus, Ritu 295. num. 15. & Rouit. super Pragm. nostra nu. 21. & 22. & reddit rationem, quodea,

quæ inducta sunt per legē municipalem sunt pro forma, ut officialis sindicetur per aliquos bonos viros, & quod nullus aliis possit interuenire, & se intronittere in sindicatu, praeter illos deputatos, ut ibi est videre; & sindicatores electi sūt illi, qui antequam deueniāt ad promulgationem bannorum ad finem ponendi terminum in bannis faciendis pro quanto tempore debeat sindicandus stare ad sindicatum, & infrā quot tempus licitum sit quærelantibus porrigitere quærelas, & illas prosecuere. Possunt examinare testes duos, vel tres summarie, & illos interrogare pro quanto tempore officialis permanisset. & exercuisset officium; & in eorum examine non requiritur citatio partis ad videndum iuramenta testium, quia examinantur ad instructionem sindicatorum, ut per Marantam in suo speculo Aduocat. par. 6. vers. & producuntur scripturæ, vel instrumenta num. 35. Et ex ipsorum testium depositionibus sindicatores deliberare possunt de tempore, quod ponendum est in bannis, tam ad porrigidendum quærelas, quam ad illas prosecuendas: sed solum ad libitum, cuin non sit semper necessarium examinare testes, sed solum cū tempus non sit notorium quanto tempore sindicandus fuisset administratus iustitiā, possunt id facere, & ita, Die

De Sindicatu Officialium.

37

Die &c. Mensis &c. Anni &c.
hora &c. & coram Magnificis
DD. N. N. T.T. Sindicatoribus
electis ad ad sindicandum NN.T:
V.I. Doctorem, olim Gubernatore,
prò Iustitia per ipsum administra-
ta in dicta terra, & propriè in
Domo tali iuxta suos fines &c.
per sindicos, & electos assignata
ad regendum Iustitiam, & offi-
cium sindicatus &c. Franciscus,
vel Sempronius &c. terræ vel Ci-
uitatis prædictæ etatis suæ anno-
rum, ut dixit, & ex eius aspectu
apparet, testis pro informatione
Curia sacerdotum receptus sum-
mar. è interrogatus, & examina-
tus super praesenti informatione
medio eius iuramento veritatis
dicendæ de & super quibus inter-
rogatus fuerit, pro ut curauit ta-
ctis scripturis, & ad opportunas
interrogationes sibi legitime fa-
ctas respondit. Signore io hò in-
teso quanto dalle Signorie vostre,
me si dimanda, & quello posso
deponere per la verità; come Citt-
adino di detta terra, seu Città; sò
che il tale N.N. Dottore & haue
esercitato l'officio di Capitanio,
seu Gouernatore in detta Terra,
seu Città perspatio di mesi, &c.
perche comincia ad esercitare det-
ta amministratione di giustitia in
detta terra &c. dalli 6. del mese
di Ottobre prossimo passato dell'a-
no 1666. per insino alli 7. del me-
se d'Aprile 1667. che sono mesi
sei, che detto N.N. haue ammini-
strato detta giustitia in detta ter-

ra, e questo è la pura verità, per
che me lo ricordo molto bene, e
me ritrouai presente in detto gior-
ne 6. di Ottobre, che detto Signor
N. pigliò la possessione di eserci-
tare detto officio. De causa sciē-
tiæ, quia scit, vidit, audiuit, &
interfuit &c. & deinde testes fe-
subscribant hoc modo v3. I.o. N.N.
per la verità hò deposito ut sopra,
& si testis scriberet ignorauerit,
tunc dices signum Crucis propria
manus.

Qua informatione summa-
riè capta, & constito quod of-
ficialis exercuisset officium in-
fra annum, habito respectu ad
tempus dierum viginti, quod
datur ad porrigendum que-
ras, si per annum exercuisset
officium. Dantur per menses
sex dies decem ad porrigendum
& alij decem ad prosequendum
pro rata temporis, secundum
proportionem arithmeticam: &
hoe intelligitur infra annū,
quia inductum fuit in beneficiū
officialis supplendo ius commu-
ne, à quo nihil erat dispositum
de tempore sindicatus, quando
stetisset minus uno anno. Si verò
ultra annum exercuisset officiū
cum prima commissione, sunt
diuersæ opiniones, quod etia
prò rata temporis officialis de-
beat sindicari habito respectu
ad tempus dierum viginti prò
quolibet anno, sed opinio Ca-
ravitæ super ritibus, Ritu 295.
nū. 30. circa finem est sequenda.
quod

¶ etiā si vltra annū exercuisset
prō tempore vnius anni, debet
sindicari tamquam pro vno of-
ficio continuato, vt idem Ca-
ravita explicat in dicto Ritu nu.
31. nono notabili; & multa ad-
ducta per ipsum circa medium
istius numeri &c.

Dixi in tali domo, quia sindi-
catoribus est per Vniverſitatem, siue corum Sindicos affi-
47 gnanda domus honesta sumpti-
bus ipsius Vniverſitatis ad re-
gendam Iustitiam: ita testatur
D. Franciscus Carraba in sua Pra-
xi de sindicatu parte 1. num. 49.
vbi adducit multas auctorita-
tes sindicandi debent stare, &
parere sindicati in illa terra,
48 vel Ciuitate, in qua fuerint ad-
ministrati Iustitiam, & exer-
cuerunt officium. Arg. l. obser-
uare §. Antequam, & §. illud
de officio Praesidis. Nec possunt
quatumvis priuilegiati sint va-
riare forum, quia id totum es-
set fraudolenter ad euitandum
sindicatum, vt fuit dispositum
per Reg. Pragmat. octauam de
sindicatu, quæ incipie Illustres:
vbi expresse determinatum vi-
detur, quod etiam si officialis
exercuisset officium in aliqua
terra, & habuisset commissio-
nes Capitaneatus ad guerram,
non posset conuolare, & varia-
re forum ad Auditorem exerci-
tus, sed esset sindicandus per sindi-
catores eligendos per sindi-
cos illius Ciuitatis vel terræ, in

qua officium exercuisset, Ca-
ravit. qui multos allegat in Ritu
M.C.V.295.n 15. & Reg. Pragm.
ordinavit quod consultores sin-
dicatorum decidant causas in
loco in quo geritur sindicatus, &
non alibi ne sumptibus sindicā-
dus, & quærelantes fatigentur,
vnde iste ordo datus per Regiam
Pragm. dicitur forma, qua ob-
missa, actus vitiatur, cap. cum
dilecta, ibi plene, per Felinum
de rescriptis, quæ causa forma-
lis, dat esse rei, ipsaque obmissa
vitiat actum L. Julianus §. si quis
ff. ad exigendum cap. sicut de ele-
ctione 16. Cardinalis in clementi-
na 1. §. in decima quest. de rebus
Eccl. non alienandis verba Regiae
Pragm. ostendunt ordinem serua-
re Afflict. in constit. Regni quest.
5. num. 9. Bald. in l. 1. in verb
secundo punitur C. de legibus, nisi
aliqua adesset causa subsistens,
veluti propter aliquam vrgen-
tem, & probabilem inimici-
tiam, vel si minatus fuisset;
quia minatus non debet expe-
ctare se percuti, cum melius sit
occurrere in tempore, quam
post tempus vindicare; Nam
difficile est scire an minas infe-
rens velit ita percutere, an nō,
ex quo iustus metus dicitur; ne
49 dum cum instans est periculū;
verum etiam cum suspicatur,
quod res ad id verisimiliter te-
dat. Gram. conf. 29. num. 27. &
conf. 13. num. 22. & ideo solente
aliquando recursum habere ad

De Sindicatu Officialium.

M.C.V. quod stante inimicitia,
& metu illato licitum sit decli-
nare forum ad M.C.V. hoc mo-
do v3.

In M.C.V. exponitur pro par-
50 te N.N. V.I.D. Terræ N. N. &
dicit dictum Doct., vel N. N.
exercuisse officium Capitaneatus,
seu Gubernatoratus in terra N.N.
vel Ciuitate per annum plus, vel
minus, & quia seruata forma Re-
gia Prag. intendit stare, & pare-
re sindicatui, & officium prædi-
ctum deponere, & propter non-
nullas inimicitias, ex quo fuerunt
inquisitæ, & punite nonnullæ per-
sonæ potentes per sindicatum ipsū in
dicta terra, cum veritas odium
pariat: Propterea minas intule-
runt tam prædicti principales in-
quisiti quā eorū cōsanguinei, ami-
ci, & affines, contra sindicandum
ipsum exequendas tempore sindic-
atus ipsius comparētis. Et inten-
dens sindicandus ipse occurrere in
tempore, & non expectare percus-
tientem se, & ad euitandas calū-
niosas inquisitiones, defatigatio-
nes, lites, & expensas, & alia,
quæ de facto criri possent, recur-
rit ad ipsā M.C.V. cū nō potuisset
propria authoritate officium prædi-
ctum depositare in manibus sin-
dicorū dictæ terræ, vel Ciuitatis:
Propter quod illud deponit nunc
dicta M.C.V. vel Regia Audiē-
officium prædictum, & præstā-
cautionem de stando, &c. &
rendo mandatis pro dicto eius

39

sindicatu in dicta M. C. V. vel Re-
gia Audientia, instat, & petit
prouideri, quod sindicatus pre-
stetur in dicta M. C. V. vel Regia
Audientia; & quod mandetur
banna per loca solita dictæ terræ,
ut quicumque se grauatum sense-
rit a dicto sindicando, cōpareant,
vel compareat in dicta M.C. vel
Regia Audientia, ad porrigidū
querelas, & illas prosequendum
infra legitima tempora per Regiā
Pragm., aliis ipsum absolui, &
liberari, & litteras liberatorias
in forma expediri, & interim mā-
datur, quod fideiussor ipsius sin-
dicandi in partibus non moleste-
tur, stante cautione præfita in di-
cta M.C.V. vel Reg. Audientia,
omni meliori modo &c.

Quæ M. C.V. vel Reg. Aua-
dientia solet, stante inimicitia
51 prouidere, quod sindicatus de-
tetur in loco viciniori non suspe-
cto, & sindicatores debent eli-
gi per Vniuersitatem illam, in
qua sindicandus gessit officium
cum non sit verisimile omnes
ciues esse suspectos inimicos, &
odiosos præfati sindicandi. Ita
etiam fuisse practicatum testa-
tur idem D. Franciscus Garrab. in
dicta sua Praxi de Sindicatu
I. parte num. 36. Sindicatores
verō electi, iusti, recti, & non
suspecti, ut supra tenetur emit-
tere banna per terram N.N. vel
Ciuitatem in locis publicis, &
consuetis, ut volentes contra
Officialē, vel cius familiam
que-

quærelare compareant, & fiant banna publica, ut omnibus, & quibuscumque innotescat, ad hoc ut ligent etiam Surdos; & debent banna præconizzari, & in scriptis admodum edicti affigi in locis publicis coram testibus, quia edictum est tantæ auctoritatis, quod ignorantia priuatorum non excusat; & plures banna debent præconizari, & magis in locis publicis; & ita edictum debet manere affixum, seu bannum, donec durat terminus banni, ut eius vigor non deficiat. Deinde debet conseruari in actis, pro ut testatur Paris de Rubeo in dicto suo tract. de Sindic. in verbo officialis cap. 5. in princ.

BANNVM ITA FORMARI POSSET V.3.

Carolus II. Dei gratia Rex Regina Mater, & Tutrix, &c. Nos Sindicatores electi per N.N. 52 de N.N. Sindicos pro presenti anno ad bonum regimen terræ N. T. ad sindicandum V. I. D. N.N. olim Gubernatorem, &c. Quibus Alguzeris, Iuratis, & seruientibus quarumcumque Curiarum ad infrascriptam in solidum requirendis notum facimus, atq; per presentes testamur, qualiter V.I.D. N.N. cum exercuisset officium Capitaneatus, vel Gubernatoratus, & fuisset iustitiam administratus per annum unum in-

tegrum in dicta terra, denique depositato officio per dictum V.I.D. N.N. mediante eius libello, se obtulit parere, & stare syndicatu, seruata forma Reg. Pragmat. Nos verò tamquam Sindicatores electi, ut tenemur, & ut innotescat, & minime causa ignorantiae alligari possit; Vos ut supra iam dictis &c. mandetis vigore praesertium, auctoritate, qua in his fungimur, omnibus, & quibuscumque grauatos sentientibus à dicto syndicando more præconis, ut moris est, banna emanando alta, & intelligibili voce per totam terram, vel Ciuitatem plures vulgariter dicendo, & vociferando: Chi si sente grauato dal Dottor N:N. olim Capitanio, seu Gouvernatore, et suoi famigli per la giustitia, che esso haue amministrata per vn anno intiero, comparino auanti li N.N. de N.N. Sindicatores electi, nella tal casa, nel. tal vicolo, tuxta li beni di N.N. & altri fini, luoco destinatoli da tener si giustitia per detti Sindicatores, frà termine di giorni 40. peremptorie, cioè 20. a proponere, & a presentare le querele, si ciuili, come criminali, & 20. altri a proseguirle: Decurrente detto termine da oggi 10. di Marzo 1667 hore 16. & finiendo ut sequitur; altrimenti classe detti termini, fra quali non si trouassero proposte, seu presentate, & prosequite dette querele, non si ammetteranno più, ne l'aggravati saranno più in-

De Sindicatu Officialium.

41

intesti contro detto Sindicando. Quibus omnibus emanatis, præconizatis, & publicatis alta, & intelligibili voce, ut supra, præsentes affigatis in locis publicis, & populosis, & de omnibus relationem faciatis cū testibus, qui fuerunt præsentes, quando Bannū prædictum fuit emanatū, & proclamatū. Et Bannum prædictū affixum persistere faciatis durante termino in præsente nostro banno præfixo, alias &c. quoniam &c. Datum sub die 10. Martij 1667 hora 16. &c. subscribantur Sindicatores, & actuarius informa. fiant relationes per nuntios, seu Iuratos per quos fuerunt banna publicata per manus Actuarij cum Iurati nesciūt scribere per eorum signa Crucis.

Quibus bannis emanatis, & affixis omnes, qui sentiunt se grauatos, possunt comparere coram Sindicatoribus, & eorum Actuario in domo electa ad regendam Iustitiam. Sindicatus, infra terminum in bannis præfixum; & proponere, & præsentare eorum querelas, tam cimiles, quam criminales contra Sindicandum, secundū se senserint fuisse grauatos, vel de dengata Iustitia, vel de iniqua, & iniusta sententia, & sic de singulis. Et omnes querelæ per Sindicatores recipi debent, & fieri facere habeant præsentatas non per abacum, ad evitandum falsitates, quæ oriri possent; cum causæ Sindicatus sint

priuilegiatæ, curruntque de momento in momentū, sed fieri debent præsentatæ per extensum, scribendo diem, mensem, & annum, in quibus quærelæ præsentantur, & per quas personas fuerunt præsentatæ, servata forma Regiae Pragm. x i. §. 80. sub titulo de officio Iudicium, & deter. M. C. ut diximus supra et in c. 3. n. 30. sub Patroc. D. Philosophi Maresca ad præsens Iudicis M. C. Vicariae in ciuilibus, & sic melius apparebit sine fraude, si quærelæ fuerūt præsentatæ infra terminum in bannis præfixum, quia alias non admitterētur extra terminum, & sindicandus liberaretur a Sindicatu, vt dictum est supra, & non posset amplius molestari, non solum in ipso loco officij, sed nec in propria Patria &c. Clarus in sua Praxi criminali §. fin. qu. 51. num. 60. vers. Hanc etiam, vbi dicit, quod etiam si non sit officialis absolutus ex doctrina Paridis de puto, ita communè & quotidiè practicatur, at etiam vidi obseruati his meis temporibus; & propterea debent sindicatores pronunciare instantiam sindicatus esse peremptam, & liberare sindicandum à sindicatu. Et Reg. Prag. 7. de sindicatu dicit, quod ex officio de male gestis, in officio etiam post litteras liberatoriales obtentas à quocunque Tribunal, possunt inquiri non de cognitis in sindicatu, sed de nō cognitis. F Nec

Tractatus Aureus 2

42

Nec sindicatores possunt tēpus præfixum à bannis, tamquam à lege statutum minuerre, vel dilatare, quia Iudex non debet esse lege clementior, vt in Auth. de Iudicijs §. oportet. Paris. in Verbo compositio n. 4. Nec flecti contra legem, vt in Auth. de triente & semmiss. §. Si quis autem ad numerationem. Nec auctorior lege, can. Allegant. 26. q. 7. Quia cum sit minister legis, omnia secundum legem agere tenetur. Auth. Hodie C. de Iudicijs; nec debet in aliquo violare legem, á qua habet imperium. Arg. l. 1. in primo Responso ff. à quibus appellare non licet. & Can. si omnia 6. q. 1., & Tull. 1. Rhet. dicit Iudices, qui ex lege iurati iudicatis, legibus obtemperare debetis. obtemperare enim non potestis, nisi id quod in lege scriptum est, sequamini. Esa. x. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui fecat in ea! aut exaltabitur sera contra eum à quo traditur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltabitur baculus, qui vtique lignum est; necesse enim est, vt caput membra sequantur, non è contra. l. 1. §. Nulla in fine ff. de veteri Iure enucleando. Sed hic Doctores per l. quod si nolit §. Item si tempus. ff. de adilitio editio di-

55 cunt, quod causa existente admittuntur ad accusandum post tēpus, prout D. Franciscus Gar-

raba in suo Tractatu de sindicatu parte 1. nu. 58. & signanter Advenae, & absentes, qui non præsumuntur scire banna emanata per sindicatores; & quod solum illos lex astringat, ad quos peruererit, & quod pænæ legum aduersus scientes parræ sunt. l. fin. in fine ff. de Decretis ab ord. facien & scientes dicuntur, qui scrire præsumuntur, & adducit multas auctoritates. Sed ego salua pace tanti Viri distinguerem leges, & auctoritates per ipsum adducas, & dicerem, quod banna 57 non ligant forenses, & absentes, quando banna sunt singulare propter ignorantiam, quæ ignorantia multiplicitè considerari posset, alia vera, & probabilis, alia crassa, & supina, & aliæ multæ species, alia invincibilis, alia vincibilis procedens ex negligentia, quæ excusat á tanto, non à toto. Arg. can. Quemadmodum 32. q. 7. Sed quomodocumque accipiatur in causa sindicatus, quia non sumus in legibus particularibus, sed in statutis, & legibus 58 vniuersalibus, & generalibus, prout sunt Regiae Prag, quas omnes scire præsumuntur earum dispositiones, quod sindicatus officialis finito officio, & illo depositato, sit sindicatus per dies 40., vel pro rata temporis, & quod banna sindicatorum non possunt contine-

re

De Sindicatu Officialium.

43

re aliud tempus , nisi statutum , & præfixum per Regias Prag. per rationes supra adductas , cū sit tempus datum à lege absque ministerio hominis , & arctari per sindicatores non posse: nam scire posse , & ignorare non debere paria sunt . l. si Titius in principio ff. de fidei sufforibus , pro ut scire , & scire debere . l. quis quis ff. de rescindenda vendit , & si adesset ignorantia , esset ignorantia vincibilis procedens ex negligentia ; quæ excusaret ad-
59 uenas , & absentes à tanto solum , non à toto , prout D. Au-
gustinus in epistola ad Sixtum , scripsit , quod grauior est culpa ignorare , quæ facilius sciri pos-
sunt . l. sed addes §. i. & ibi Gloss. ff. locati ; & hæc cum posset dici ignorantia affectata , quæ est quando quis non vult intelligere , ut benè agat . 37. distin. §. ultimo : Prout in casu sindicatus : Cum quis siue aduena , siue absens debet semper inuestigare , & inuigilare tempus sindicatus illius , qui se grauauit , ad fine in consequendi ; cum tempus sindicatus statutū per Regias Pragmaticas sit certum , & quod aliás non posset quærelare ; ergo si contrafecerit , post tempus non est admittendum , quia esset agitare contra formam Regiarum Prag. Sed saluando opinionem tan^{ti}. Iri posset dici , quod absentes ad-
mitterentur nō coram sindica-

toribus propter peremptā in-
stātiā ex Iurisdictione eis da-
ta ad tempus , & limitata , sed
coram ordinarijs in propria
Patria ; aliás nō seruarentur di-
spositiones Reg. Prag. , quæ ser-
uari debent in forma specifica .
Sed ego dicerem , quod amplius
non sint admittendi , quia serui-
ret ad ventum tempus limitatū
per Regiam Pragmaticam , &
sindicatores possent tempus ar-
ctare ad libitum , & numquam
sindicatus finiretur ; & tāto ma-
gis , quia ista ignorantia per ab-
60 sentes , & aduenas esset mala ,
& ignorantia mala esset peri-
culosa , quia est mater omnium
errorum ; & vigilantibus , &
non dormientibus iura succur-
runt . Sed sciendum quod distin-
guenda sunt tempora sindica-
tus . Instantia enim duplex est ,
vna , quæ incipit à Die , & hora
termini in banno præfixi ad
61 porrigendum quærelas contra
sindicandum , alia verò instan-
tia currit à die litis contestatæ ,
vt per Gloss. in leg. I. C. de I. i. c. q. 4. Carauita Ritu 288. nn. 4. Instan-
tia , quæ incipit à die , & hora
termini in bāno præfixi ad por-
rigendum quærelas contra sin-
dicandum , finit ultima die ter-
mini , vt dictum est supra , &
quærelæ , quæ non fuerunt pre-
sentatæ , amplius præsentari
non possunt , & sindicandus es-
set liberandus . Instantia verò
quæ currit à die litis contexta-

F 2 tæ ,

Tractatus Aureus.

44

tæ, & quæ currit super quærelas præsentatas, cum causæ sindicatus sunt expediendæ infra terminum dierum 20. datum ad prosequendum quærelas, quia alias instantia sindicatus diceatur perempta, si infra terminum causæ non fuerunt expeditæ, & sindicandus non posset molestari, ut Paris de Put. in dicto suo tractatu de sindicatu in 62 verbo Instantia cum alijs DD. de super allegatis. Imò sindicatores expediendo causas sindicatus post instantia peremptam, vna cum Cōsultore possent puniri, cum debeant expedire causas cum celeritate, ne instantia pereat, quia eorum Iurisdictio paruo tempore est duratura, & currit de momento in momentum, ut idem Paris testatur in dicto verbo Instantia; Et Garraba eodem tit. parte 6.n. 105. & diximus supra. Quod secus esset si facto, aut culpa, vel propter subterfugia, & dilationes sindicandi, causæ sindicatus non potuerunt expidi-ri, & sententiari post terminū 20. dierum, quia tempus instantiæ peremptum non habet lo-cum, si culpa, & dilatione sin-dicandi, causæ non fuerunt de-cisæ, & determinatæ. Nam tunc sindicandus non esset ab-soluendus ab obseruatione Iu-dicij sindicatus; & de omnibus alijs impedimentis vide eum-dem Garrabam in dicto tractatu

de sindicatu 2. par. num. 106., & de omnibus videndus est Cara-uita Ritu 295. n. 21.

Quærelæ tam ciuiles, quam Criminales ita formari possent contra sindicandum post banum publicatum. De iniqua, & iniusta Iustitia administra-ta, & indebita condemnatione criminali &c.

Forma quærelæ de iniqua, & iniusta Iustitia.

C Oram mag. N.N. &c. sindi-catoribus electis, & depu-tatis ad sindicandum talem N.N. olim Capitaneum, seu Guberna-torem Ciuitatis, vel terræ N.N. comparet N. de N., & dicit qua-liter de eo &c. super eo &c. Re-gnante &c. Dominante &c., sub Præsidatu &c. tempore, quo præ-dictus sindicandus exercebat of-ficium in prædicta Ciuitate, fuit quærelans ipse inquisitus de af-ferto quodam homicidio patrato in personam Francisci Petri, ad quærelam, vel ex officio, & con-tra omnem veritatem, & iustitiā, scièter dolosè, & appensatè iniu-stè, ac inique, reverentia in om-nibus præmissa per dictum N. de N. olim Gubernatorem sindican-dum, sub die, mens. & anno, & condemnatus ad remigandum per annos tres ad Regias Tri-remes, vel ad aliam pænam; & cū quærelans ipse appellasset de di-cta iniqua sententia, & iniusta condemnatione ad M.C.V., trans-missis

missis attis, & ipsis originaliter recognitis, per eamdem M.C.V. ex iisdemmet attis fuit absolutus, & liberatus de dicta pena: Propterea recurrit coram prædictis Mag. DD. sindicatoribus, & quæ relam exponit criminalem contra prædictum sindicandum, petitq; prædictum sindicandum crimina.

liter puniri, & castigari, prout Iura volunt, & Capitula, Constitutiones, & Reg. Prag. Regni mandant; sed etiam condemnari ad omnes expensas factas, & interesse passum occasione prædicta liquidandum non solum isto, sed omni alio modo, quo melius fieri possit &c.

SUMMARIUM.

- 1 Officialis in sindicatu tenetur solum de furtis dolo, & Barateria, & non de Decretis, & sententijs malè prolatis & nu. 12. & nu. 17.
- 2 Quærelantes debent ponere in libello, quando faciunt quærelas contra officialem, quod dolosè protulit sententiā, quia contra officiale requiritur dolus et nu. 13.
- 3 Index quando, et quomodo teneatur per imperitiam, et num. 6. quomodo excusetur.
- 4 Index in indicando, quam opinionem sequi debeat, cum declaratione ad eum excusandū, et an sit puniendus, sequendo aliquam opinionem nō probabilem, cū exemplo Beati Pauli.
- 5 Rationabile Ius perfectum est.
- 7 Iudicis negligentia, quando sit dolo comparanda, ad quid teneatur in sindicatu.
- 8 Doctores grossi, in causa sindicatus sunt suspecti, propter Iuris ignorantiam,

- 9 In indicando non sit attendēdū Doctorum opiniones, sed Doctrinæ rationes, cum explicatione Diuinæ scripturæ n. 10.
- 11 Index an faciat litem suam, si tulit sententiam nullam, et ad quid teneatur in sindicatu, cū explicatione multarū opiniorum.
- 14 Consuetudo quid sit.
- 15 Consuetudo prava, an sit attendenda, et quæ sit consuetudo prava.
- 16 Consuetudo non, inducens Ius, contra Ius posituum, an sit attendenda.
- 18 Quod fieri potest per pactum, fieri potest per consuetudinem, quia consuetudo æquiparatur pacto.
- 19 Cessante dolo, cessat delictum.
- 20 Officialis in sindicatu tenetur solum de negligentia dissoluta dolo proxima.
- 21 Officialis an teneatur in sindicatu, si pro leuibus causis processus defacto sine processu omittendo formam Iuris, quomodo, & in quibus casibus, & n. 23.

- 22 Officialis an teneatur in sindicatu, si facit ponere carcera-tum cum ferris, & cippis, quo-modo, & quando, et de quibus, officialis non tenetur, & de-notorijs, quæ facit officialis.
- 24 Notorium contra quas perso-nas sit faciendum, quomodo, & quando.
- 25 Iudex debet judicare potius secundum misericordiam, quæ de rigore Iustitiæ.
- 26 Iudex tenetur restitui facere bona furata, nec potest illa-perse retinere.

CAPVT IV.

HI C queri solet à DD de quibus teneatur officialis in sindicatu. Et Rouitus super nostra Prag. Regiae dignitati num. 39. dicit, quod tenetur de Barattarijs furtis, dolo, & alijs il-llicitis extorsionibus. Ac sese de Inib. in suo resp. de sindic. num. 36. post tract. de Inibit Ita etiam testatur, Grammat. cons. cri-minal. 54. num. 11. quod officia-les non sindicantur, nisi de fur-tis, pecunia accepta, & male ablatijs, & de alijs barattarijs; non autem de iniquis Decretis, & sententijs male latijs, quia Iudicando secundum leges non vix pro bono Regimine officia-les sindicantur, ut in Auth. Ho-die C. de Iuram. calum. cum quo concordat Dominus Paris de Puteo in dicto suo tractatu de sin-

dicatu in Verbo sindicatorum of-ficium cap. 10. num. 1. col. 105. Et ideo in libellis fauendis contrā 2 sindicandum semper debet pro-poni, quod factum est dolosè & appensatè, prout dictū fuit in supradicto libello; quia secū-dum Baldum in l. i. C. de pénis Iu-dicis, qui male iudicauit col. 1. dicit, illud Iudex dolosè fecit, secus si non fuit in dolo, quia non debet Iudex, seu potestas puniri, quia qualibet iusta cau-sa excusat a dolo l. i. §. 1. ff. se quis Iudic. non obtemperauit, & maximè quando quis procedit pro zelo Iustitiæ.

Si vero per imperitiam, aut imprudentiā Iudex tulerit ini-quam sententiam, contra casum legis, vel statuti, ultra quod te-netur parti læsæ ad interesse, secundum Gloss. in §. 1. inst. de actio. qui ex quasi delicti nascū-tur, quia videtur fuisse illata culpa, dum fecit se peritum l. i. in fine ff. quodquisque Iuris la-ta culpa dolo comparatur l. quod Nerua ff. Depositii.

Debuit enim Iudex postquā suscepit officium cognoscere in quibus suum officium con-sistebat. l. 2. & ibi notatis ff. quodquisque Iuris, alias est sibi ratio-nabiliter imputandum d. l. 2. ff. quodquisque Iuris, quod affecta-re quisque non debeat id, in quo intelligit, vel intelligere debuit imperitiam suā alijs pernitio-nam, seu periculo futuram. l. idem

De Sindicatu Officialium.

47

idem Iuris ante finē ff. ad l. Aquilam.

Et si super aliqua Iuris quæstione diuersa sit inter Doctores opinio, si Index in rationis discussione deficiat, dicunt quidā Doctores ad eum excusandum,

4 si sequitur Doctoris opinionē non quidem ignoti, sed cum Ius antiquior, & potior extat auctoritas arg. *Can. Domino Sandō in fine 50. distin.* est satis argumentum efficax exemplum persecutionis B. Pauli, quam errans in Iure intulit, quæ dimissa sibi fuit; quia ignorans fecit. *Can. consuetudo 8. distin.* fortius sequēda videtur Doctoris opinio, quæ prima facie iusta videtur, licet postea ex subtilitate rationis inueniatur iniqua. Semper enim quod est

5 rationabile in Ius perfectum deducendum est *l.l. in principio, de latin. liber tollen.* & quod ratione caret extirpandum est. *Can. Cor Episcopi 68. distin.*...

Non enim est excusandus Index, qui ex defectu proprio, in-

6 tellectus, & imperitiæ nescit inter Doctorum opiniones discernere, quæ meliori nititur ratione, cum non debuit assumere officium iudicandi, si non viderit in hoc se opportuna diffinitione periculum, iuxta illud *Ecclesiast. 7. Noli fieri Index si non vales virtute interrumper iniquitates, virtute, id est scientia.*

7 Debuit enim laborare, non negligere, donec inueniat super dubijs veritatem, quia alias negligentia videtur dolo comparanda, sed solum ad interesse, non ad estimationem litis si non apparet de vero dolo. *Bart. in sua disputatione Index per imperitiam.*

Hinc factum est in praxi, & iudicio sindicatorum cum sine 8 causæ subtile, non sunt committendæ Aduocatis grossis, sed esse eligēdos assessores proutos experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, & esse Doctores potiores, vt dictum est supra, Nam Doctores grossi sunt suspecti propter Iuris ignoranciam. Vt idem *Paris de Puteo testatur in dicto suo Tractatu de Sindicatu, in verbo suspicio cap. 1. nu. 7.* & maxime quando data opera Assessores ita creantur, quia tunc non esset excusandus; illud in quo intelligere non potuit imperitiam suam, alij damnosam futuram esse. *l. idem Iuris ante finem cum alijs concordantis ff. ad legem Aquilam.*

Excusatur enim officialis, & non potest dici per imperitiā, si ex nimia, & inordinata plerumque Doctorum subtilitate, varietas opinionum sœpe surgat, vt testatur *Amedeus Justinus in suo tractatu de Sindicatu nu. 123.* vbi in exemplum addu-

adducit intellectum . l. Gallus , qui citat *Gloss. instit. de obligat.*, quæ ex quasi deluto nascuntur.
 9 in principio. *Bal. in l. Mancipia C. de seruis fugitiuis.* Attendant igitur non quod Doctorum opinio-nes , sed doctrinæ rationes , & insudantes legali Iustitiae summo labore , etiam Diuinæ scripturæ vacare debent , iuxta illud Hieronymi ad Celanciam : Maximū namque ad ipsam iustitiam auxilium est implere diuinis elo-quijs animum ; & quod opere cupias exequi , semper corde
 10 meditari; vnde *Psalmista, psal-*
70. Deus docuisti me à iuuen-tute mea , & usque nunc pro-nunciabo mirabilia de lege tua .

Sed an Iudex faciat litem suam , si ex dolo tulit sententiā
 11 nullam , & teneatur de sindi-catu ad æstimationem litis , va-riæ sunt Doctorum opinions . Prima opinio est , quod tene-a-tur per dispositionem leg. fin. C. de pænis Iudicis , qui malè iudi-cat . Alia opinio , quod non teneatur Iudex in sindicatu ex actu nullo , etiam doloso , quia dolus Iudicis ex actu nullo , non facit , quod interueniat interes-se partis , & sine interesse par-tis non punitur .

Sed distinguendum est , aut sententia est nulla ex defectu alicuius sollemnitatis , & tunc licet dolus Iudicis interuenie rit , non tenebitur in sindicatu ,

quia cessat etiam ratio interes-se , nec dolus in hoc aliquid ope-ratur . Si vero sententia non haberet defectus sollemnitatis , sed ex alijs imperfectionibus , nisi adesset dolus , Iudex in sindicatu non tenetur de senten-tia iniquè prolata , quia de cō-
 12 suetudine ob sententijs male , aut iniquè prolatis officialis nō sindicatur , *Reg. Consil. Vargas en el syndicato del Iustitia d' Aragón p. 8. tit. 2. Consid. 1. lib. 2.* ni-si de barattaria , furtis , & alijs illicitis ex torsionibüs , & con-cussionibus . *Amod. de sindic. n.*
 136. *Gram. consil. 54. num. 11. Iuli Clarus sententiarum §. final. quæst. 73. num. 3. in fine vers. Item Iudex ubi Baiardus, Decius cons. erim. 54. nu. & Garrabba in suo tractatu de sindicatu parte 2. in disputatione primæ quarelæ nu. 13. præter alios alleg. à Reg. Consil. Vargas en el syndicato del Iustitia d' Aragon p. 4. consid. 11. num. 18. 19. lib. 1. Quia ad hoc ut officialis teneatur in sindicatu , ut dictum est supra , requiritur dolus , pro ut de consuetudine communiter Doctores testan-tur ; solum de dolo , illicitis ex-torsionibüs , & barattaria te- netur : nam consuetudo est Ius non scriptum moribus in-tructum . can. Consuetu-
 14do dist. 1. , & notat *Innocen-tius in rub. de consuetudine , consuetudo namque optimæ legum interpres est; & derogat etiam**

De Sindicatu Officialium.

49

etiam communi opinioni, prout notant scribentes in cap. cum ad sedem de restitutione spoliat; & cōsuluit etiam Alexand. consil. 107. & est consuetudo, altera lex, notatur in leg. de quibus ff. de legibus. Nec obstat illud, quod voluit dicere dictus Dom. Garrabba in dicto suo tractatu de sindicatu n. 13. quod consuetudo prædicta, ut prava non sit attē-
15 denda; ex eo quod induceret iniusticiam, tamquam contra Ius, quod voluit, quod officialis stet ad sindicatum, & consuetudo prædicta tamquam contra rationem Iuris positiui, inducens præiudicium alterius non valet. Bart. in l. omnes C. de De-
curionibus lib. 10. Nam hoc ve-
rum esset, quando consuetudo in totum prohiberet sindicatum, quia à nemine remitti possit ex quamvis potestate cōsisten-
te Affl. in Constit. Regni volu-
mus n. 4. Baiardus ad Clarum, §.
finl qu. 37. n. 44. Anna in repet.
cap. 1, n. 228. de Vassall. decrep.
etatis, Rodolfin. de Princip. Potest.
cap. 6. n. 69. adductis à Nouar. de
Grauaminibus Vassall. grauam.
289. num. 4. præter alios quos
refert, & ex quo ista consuetudo non inducit Ius contra rationem Iuris positiui, est attē-
denda, quia vult, quod Officialis sindicetur de barattarijs, & illicitis extorsionibus, ut notat
Bart. in leg. l. si seruus, ff. de leg. 1:
17. sed solū vult consuetudo, quod

non teneatur de culpis, & ne-
gligentijs, per ea, quæ dicta
sunt de exemplo B. Pauli, &
Affl. in Constit. Regni, quæ inci-
pit. Minoribus nu. 26. circa me-
dium, expressé testatur pari ra-
tione per ea quæ testatur. Paris
de Puteo de sindicatu in verbo;
electio officialium, vbi habetur
num. 5. quod valeret pactum,
quod Officialis non teneatur ad
sindicatum, nisi de barattarijs,
& aliis illicitis extorsionibus,
quia staret ad sindicatum, & so-
lum liberaretur per pactum pre-
dictum à scrupulosa inquisitio-
ne, idest à culpa, & negligen-
tia; sed quod porest fieri per pa-
ctum, fieri potest etiam per cō-
suetudinem, ex eo, quod con-
18 suetudo æquiparatur pacto, ve
idem Affl. eodem loco te-
19 statur; ergo obseruanda est cō-
suetudo, dolo cessante, de pæ-
na tractari non debet. Crauet.
conf. 319. col. 8. vers. 10. cessante
dolo, cessat delictum, & vbi nō
est delictum, cessat pæna. l. A-
liud est fraus, ff. de verb. signific.
Et testatur etiam Angelus in
tractatu de indic. q. 60. quod of-
ficialis non sindicatur, nisi de-
20 illa negligentia dissoluta, &
dolo proxima, Reg. Cons. Vargas
in d. tract. p. 8. tom. 3. per multas
considerationes, & qui dolui,
& culpam allegat, debet illam
probare. l. questione 9. Qui do-
lo, ff. de probat:

Nec tenetur in sindicatu si
G pro

21 pro leuibus causis [procedit de] factō sine processu , omittendo formam Iuris , seu statuti , & nec diceretur periurus , si iurauit obseruare formam statuti ; ratio est ; quia periurium non committitur sine dolo , vt notat Bart. in l. leuia , ff. de Accusat. & l. fin. ff. de ventre inspiciendo , sine culpa nemo punitur , l. cū is. §. eam ff. de trans.

Nec tenetur , si de facto facit solueuere aliquam pænam sine processu , licet iniustè , dummodo pena prædicta deueniat in cōmuue , quia qui soluit habet regressum contra commune , non contra officialem . Bart. in l. 2. §. graui, ff. de administrat. reorum ad Ciuitat. pert.

Nec tenetur si captum pro crimine facit eum poni non solum in carceribus , sed etiam cippis , & catenis , cummodo sit conuinctus , licet non confessus , si crimen est graue , vt testatur : Amedeius Iustinus in d. tractatu de sindicatu num. 251 vers. Item non tenetur , & Bart. in l. 1. ff. de Custodia , & exhibit reorum .

Non tenetur de eo quod facere alicui denegauit , si ille , cui fuit denegatum potest per aliu Iudicem consequi , secundum

23 Bart. in l. 4 §. si tam vicinum , ff. de damno infecto , & de nonnullis alijs , de quibus officialis nō tenetur , tractauit Amedeius Iustinus in d. suo tractatu de sindic.

ad quos lectores remitto : & quæ dicta sunt de condemnatione mala ciuili , ita etiam de criminali iniqué , & iniustè pro lata , quando seuerè , & crude. litèr idiotas , vel rusticos castigat , condemnando ad pænam pecuniariam , faciendo notoriū quando ignorantē loquuntur , cum officiali , quia secundum

24 Menochium de arbitrar. Iud. lib.

2. cent. 2. casu 194. n. 1. & 2. est eius rusticitati parendum. concordat l. 2. §. pen. ff. si quis ius vocatus non venit , quod secus esset in Rusticis sagacibus , nam isti sagaces potius cum arrogātia , & in contemptum officij se gerunt coram officiali , & sic cōtendentes cum officiali dicuntur inferre ei contumeliam , per ea , quæ testatur . Paris. in suo tractatu de sindicatu in Veru Notorinm cap. 1. n. 11. vbi habetur , quod si quis vadit cum digito ante faciem Iudicis ; vel dat pugillum supra bancum Iudicis , dum ibi assit pro Tribunal , debet extra ordinem procedi , & interponi Decretum contra ipsum ratione illius contemptus , & quod puniatur statim tamquam delinquens coram Iudice , & tāquam ex notorio : sed semper debent Iudices iudicare se-

25 cundum misericordiam , quām de rigore Iustitiæ ; cum minus sit peccare in misericordia , quā in seueritate . Can. Allegant.

26. quæst. 7. Verūm faciant in con-

De Sindicatu Officialium.

51

condemnatione restituere bona
26 bona furata , seu farta : Paris.
in vcrbo comparitio cap.7. num.
2.

Quærela de Barattaria contra officialem sindicandum .

COram Magnificis N.de N. & T.
N. sindicatoribus electis , &
deputatis ad sindicandum N.N.T.
olim Capitaneum &c. dictæ Ciuitatis,
vel terræ &c. comparet N.
de dicta terra, & dicit , qualiter
de eo &c. in eo &c. & super eo
&c. Regnante, &c. Dominante,
&c. sub Præsidatur &c. tempore
quò prædictus sindicandus exercebat officium Capitaneatus in di-
cta Terra, exposuit quærelam cri-
minalem de insultu , violentia ,
vulnere, adulterio, vel alijs, con-
tra Fabium Caïj captum carcera-
tum ex plenis probationibus fa-
ctis in processu de d. delictis per d.
sindicandum, puniri corporaliter
castigari, & ad debitas penas co-
demnari, ac etiam ad interesse ip-
sius comparentis pluries petiit, &
instetit . Attamen dictus sindicā-

dus temerè, dolosè, & appensate
sub die tali &c. mense &c. & an-
no & corruptus pecunie, & per
barattariam recepit à dicto Fa-
bio Caio duc. 30. in Camera, vel
domo tali, sita in loco &c. deta-
li mcneta , & propterea dictum
Fabium Caro inquisitum , & cul-
pabilem, innocentem declarauit ,
absoluit, & liberauit, atque rela-
xauit contra formam Iuris , &
contra notoriam Iustitiam com-
parentis . Ideò quærelam crimi-
nalem exponit contra dictum olim
Capitaneum sindicandum de ba-
rattaria, petitque diligentem in-
formationem capi de expositis ,
ipsumque fidicandum carcerari
debitis penis corporaliter affligi,
puniri, & castigari, ut iura volūt,
& mandant, & etiam ad expen-
sas, damna, & interesse condem-
nari . Ne dum istò , sed omni alio
modo , quo melius fieri potest ,
&c.

Sic poteris secundùm conting-
tiā casuum formare alios si-
miles libellos in hoc crimine
barattariæ .

S V M M A R I V M .

I Barattariæ crimen est detestabile,
& connumeratur inter ma-
gnas criminales causas ; quo-
modo, & quando committatur
cum explicacione, & nu. 3.

- 2 Barattariæ crimen, est simile cri-
mini læse maiestatis .
- 4 Iudex dicitur, quia Ius dicere de-
bet omnibus, & n. 12.
- 5 Ius quid sit, & quæ Iustitia .
- 6 Iustitia est Regina virtutum, &
non est pretio vendibilis .

- 1 Iustitia semper est integra, & incorrupta.
- 2 Iustitiam negans, Christum negare videtur.
- 3 Leges vendi non possunt, quia non sunt in nostro commercio.
- 4 Leges puras exigunt esse Iudicibus manus.
- 5 Deus querit omnium Sacerdotum puritatem.
- 6 Index debet esse iustus, et immobilis ut columnas.
- 7 Index non debet esse cupiditatis editus, nec violentias aliquas debet inferre.
- 8 Index non reddendo Ius, & non faciens Iustitiam, perdit nomine optimae opinionis, et dignita-

C A P V T. V.

DEcime autem Barattaria à multis fuit pertractatum à D. Egidio Bossio in sua praecinctum tit. de officialibus pecunia corruptis. Paride de Puteo in suo tractatu de sindicatu in Verbo corruptum cap. 1. Amodeio Iustino, et alijs, qui de materia sindicatus pertractarunt, & vitime Reg. Consil. Vargas en el syndic. de la Iustit. de Aragon p. 8. to. i. permultas eonsiderationes lib. 2. & dicunt hoc crimen corruptelæ in Iudicē esse detestabile, & quod reputetur inter magnas criminales causas, prout satis notat, Bald. in l. obseruare s. proficiere, prima quest. ff. de officio Procoſulis; & dicetur quod committi-

- tis, et quibus bestijs equipare tur.
- 16 Index non faciens iustitiam, debet prius satisfacere ei, quem læſit, et demum dignis pænis puniri.
- 17 Iudex committens barattariam, quibus pænis puniatur.
- 18 Accusans Iudicem de barattaria, si non probauerit, an puniatur, et qua pæna, et n. 21.
- 19 Dolus an presumatur in Officiali cum explicatione.
- 20 Probationes contra officialem in sindicatu debent esse luce meridianæ clariores; quos testes requirantur, et an sit articulandum, n. 22.

tur, cum quis Iudicem corrumpit, vel quod Barattaria committatur, quando Iudex vendit Iustitiam propter pecuniam, ut prodante proferat sententiam, & dicunt hoc delictum simile esse criminis læſæ maiestatis, secundum eundem Paridem in d. suo tractatu de sindicatu, in verbo corruptio in principio, & hoc crimen diuersis modis committi potest, de quibus, & quomodo, remitto lectors ad eundem Dominum Paridem in ditto precitato loco, et ad D. Franciscum Garrabam in dicto suo tractatu de sindicatu par. 2. de disputatione criminis Barattaria, et Reg. Consil. Vargas ad alleg. considerationes, sciant tamen quod 4 ideo Iudex dicitur, quia eos dici ur-

- citur, quia Ius dicere debet omnibus, cum Ius sit subiectum iustitiae, secundum Arist. 5. Ethic. & a iustitia appellatum est Ius l. i. in princ. ff. de iustitia, & Iure, & est habitus secundum quem aliquis dicitur essa opera operatiuus, secundum electionem iustitiae, ut dicit: Arist. ibidem:
- 5 Tullius 2. Rhetor; dicit, quod iustitia est animi habitus communis utilitate seruata suam cuique tribuens dignitatem, & Eccl. cap. 1. Fili concupiscentia sapietiam, conserua iustitiam, & Deus præhebit eam tibi. Et S. Thomas de Aquino 2. 2. q. est. 58. art. i. reducit definitionem iustitiae ad perfectam hoc modo: iusticia est habitus secundum quem aliquis constans, & perpetua voluntate Ius suum cuique oribuit, & dicit esse quasi eamdem definitionem cum definitione, Arist; & est iustitia bono zelo exercenda. Can. sex differentiae 23. qu. 3. non enim debet pretio vendi: Can. non licet 11. qu. 3. & cap. ultimo extra de purgatione canonica, & Pollicatrus l. 6. cap. 34. dicit, quod iustitia est regina virtutum, & erubescit quando pretio permutari, si grata fatura est, sit gratuita, nequam prostituatur ad pretium, quæ corrumpi non potest integræ est, & semper incorrupta. Quamvis hodie frequentius, maxime nummis, & auro violetur Can. Pauper 11. quæst. 2. & Can.

- precedentes' i. qu. 3. Tales autem iudices, qui barattariam committunt, Christum vendere iuste censentur; sicuti qui iustitiæ negant, Christum negare videtur: Cum Christus sit sapientia, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo, & seruanda sunt iuris præcepta; quod tibi non vis fieri, alijs ne feceris, & è contra, quod tibi vis fieri, alijs feceris; & nihil tam inimicum est ciuitatibus, ut dicit August. 2. de Cinit. Dei cap. 21. quam habere iudicem iniustum; & iustitia, & leges vendi non possunt ad instar sacrarum rerum, quæ non sunt in nostro commercio, vendi non possunt §. sacre inst. 9 de rerum diuis. Cum Sacratissime leges dicantur. l. leges Sacratissimæ C de legibus,
- 10 Leges quidem puras exigunt esse iudicibus manus, ut custodiant tributorum collatores §. si quis autem præter hec Autb. ut iudices sine quoque suffragio; cum etiam Deus præcipue querat omnium Sacerdotum putatatem. §. si quis autem talis. Autb. Quomodo oporteat Episcopos, & ut supra dictum est iudex dicatur, quasi Ius dicens. cap. forus extra de Verborum significat. & per Ius, & iustitiam reddit optimi nomen, & nobilissimi Viri meretur: Si autem à iustitia deuiat, perdit nomen Can. ipse 11. qu. 3. & Can. 1. & 2. 23. qu.

quæst. 2. Iudex enim debet esse iustus, ut sèpius dictum fuit, & quasi immobilis, ut columnæ, & non flectat cōtra legem C. an. re vera 3. qu. 9. Sed eius integratatem custodiat, ut in §. si quis autem annumerationem Auth. de Triente, & Semisse; sic enim iudex audeat gubernare suas administrationes, ut nullus eius cupiditati sit deditus, aut vio-
lentias aliquas inferat, & hæc est propria mens dictæ nostræ Reg. Pragm. & concordat cum l. i. §. optamus de officio Praefecti pretorij Aphri. Immò debet Iudex esse vt neruus, qui non frangitur sed plicatur, non extenditur, nec lentescit, alias non est Iudex dicto cap. forus, & si non dicit Ius, vel non reddit iustitiam, nomen optimæ dignitatis, & priuilegium perdit, quia à ratione discedit; sensu se subiiciendo, sceleribus maculatur, & non meretur nec homo, nec vir vocari, sed brutū, ut dicit Chrysostomus. cum recalctres, ut asinus, ferias ut equus, luxurieris, ut mulus, gestimargiam patiaris ut vrsus, carnem tuam impinguas ut vitulus, rapiens ut lupus, inuiscaris ut avis, pungas ut scorpio, venenum infundas ut aspis. Igitur qualiter te hominem iudicabo, cum nullam caritatem in te reperio, & in Psalmo 31. Nolite fieri sunt equus, & mulus, in quibus non est intellectus: &

Iudex qui malè se habuit in officio debet prius, & ante omnia satisfacere ijs, quos læsit, & demum digna pæna puniri, ut patet in § si quis autem Auth. de administrat. collat. 7. Et pro hoc crimine barattariæ adest Regni constitutio, quæ incipit, Corruptelæ sub tit. de pæna Iudicis, qui malè iudicanit, & Amelius in tractatu suo de sindicatu nu. 165. dicit, quod pæna Iudicis committentis barattariam, de Iure nouissimo in causa ciui- li sit pæna dupli eius, quod accepit, & priuatur dignitate, & in causa criminali, quod mittatur in exilium, & bona eius confiscantur, citat Auth. Sed nouo Iure C. de pænis Iudicis, qui male iudicauit; & ille qui dedit, vel promisit si releuauerit, vel probauerit, absoluuntur, & Iudex punitur: sed si non probauerit, & Iudex iurauerit se non recepisse, punitur accusans, seu reuelans, ut supra, quia Iudex corruptus, & corrumptus pari pæna puniuntur, quia sunt correlativa, & respectu pænæ, quod est dispositum in uno, cen- setur dispositum in alio, secun- dum Abb. in cap. quod Clerici de Iure patronatus, qui testatur etiam de communi, & sequitur etiam Iasen in l. fin. col. 4. C. de in ditta viduitate tollenda, bene verum est quod cum multum præsumatur pro officialibus l. si quis alias l. 2. C. de officio ciuil. iud.

iud. ita quod ab officiali presu-matur ab esse omnis dolus , & fraus lib. i. C. de Prædijs Curiat. lib. io. Est enim pro officialibus præsumptio adeo, ut si quid ne-glectum reperitur, presumitur, quod culpa partis , non autem officialis contigisset. l. i. C. de susceptoribus, & trib. lib. i. c. & Bart in l. damni §. Sabini nu. 8. in fine, ff. de damno infetto, dixit, quod licet testis iurauerit in termino, si tamē examinatus nō fuerint, præsumitur culpa par-tis non fuisse examinatus , non autem Iudicis , ita testatus fuit etiam: Menocch. de præsumptione 85. n. i. lib. 2. fol.

20 mibi 243. Ad probandum tamē dictum delictum , proba-tiones debent esse manifestæ, & luce meridiana clariores , l. fin. C. de probationibus cap. per tuas & ibi Gloss. de Simonia in Verbo admittendos; & ita etiam testa-tur Gramaticus cons. crimin. 35. num. 17. qui citat dictam nostrā Regni Constitutionem Corrupte-la; quia debet legitimis proba-tionibus conuinci officialis ; & 21 deferens officialem , seu Iudi-cem de corruptela, debet eam probare per testes legitimè exa-minatos. Can. Primates 11. qu. 1. & adest C. nstitution Regni vul-garis famæ, qua cauetur , quod crimen prædictum sit proban-dum per duos , vel tres testes omni exceptione maiores , per

legitime examinatos, idest, vt in causa articuletur, & testes exa-minentur, seruatis seruandis , idest prævia citatione ad testes, & ad officialem , seu Iudicem ad videnda Iuramenta testium; alias depositiones non proba-rent , nec fidem facerent , & si fuerunt examinati pro informa-tione Curiæ sunt in termino re-petendi cum citatione ad vidē da Iuramenta testium ad offi-ciales, si non dat eos pro legitime examinatos , & repetitos, debent repeti, & iurari facere coram sindicando . Demum, datut terminus ad defendendū, partibus quærelantibus ad im-pinguandum , prævia tamen-litis contestatione; & procedi-tur in causa sicut in alijs Iudi-ciis summarissimis , propter breuem , & limitatam iurisdi-ctionem, quam sindicatores ha-bent, ut etiam infra explicabi-tur , at quo ad pænam, & deli-cti probationem yide Vargas in locis allegatis .

Quærela de indebito , & iniusto carcere.

Coram Magnificis N.N. sindica-toribus electis , & deputatis ad sindicandum Mag. N.N. olim Capitaneum, seu Gubernatorem Ciuitatis, vel terræ, N. comparet N.N. de dicta terra , vel Ciuitate; & de eo &c. in eo, &c. super eo &c. Regnante &c. dominante &c.

&c. sub Præsidatum &c. dicit qualiter in tempore, quo dictus sindicandus exercuit officium prædictum in dicta terra, & propriè sub die &c. mense &c. anno &c. de facto, & ex abrupto cum reu. absque illa subsistente causa, & & legitima citatione præcedente, comparentem ipsum capi, & carcerari fecit in carceribus criminalibus sitis in loco N. ipsum que ibique detinuit per multos dies, sex menses iniuste, & indebetè, ac contra omne Ius, omnemq; Injustiam, reverentia repetita, & in præiudicium, & interesse ipsi-

us comparantis, qui potius voluisse perdere vitam, quam talam iniuriam pati. Propterea exponendo coram dominationibus vestris quærelam criminalem contra prædictum sindicandum de indebito iniusto, & iniurioso carcere, instat, & petit diligenter inquire, atque ipsum puniri, & castigari, ut Iura volunt, & Reg. Pragmat. mandant, & etiam condamnari ad omnes expensas damnata, & interesse occasione prædicta passas, & passas; ne dum isto, sed omni alio modo, quo melius fieri possit &c.

S V M M A R I V M .

- 1 **I**udices quomodo possunt procedere ad carcerationem, & quando, & n. 3.6. & 10.
- 2 **I**udices an possint ad solam tituli cæstensionem in criminalibus expedire citationem ad informandum, & procedere ad carcerationem.
- 4 **C**arcer morti assimilatur.
- 5 **I**ndex an teneatur in sindicatu de indebito carcere, & indebita citatione, & quando, & qua pæna punitur, et n.13.
- 7 **A**lterare formam Iuris, est facere contra formam Iuris.
- 8 **O**fficialis debet obseruare, an constet de delicto.
- 9 **I**ndex non seruans ordinem iudicarum, si procedat de falso,

- an teneatur in sindicatu.
- 11 **C**aptus, & iniuste detentus protest in sindicatu agere actione iniuriarum contra officialem, et quod dicere babeat in libello.
- 12 **O**fficialis an teneatur in sindicatu, de verbis iniuriosis.
- 14 **O**fficialis in quibus casibus possit procedere ex officio, et num. 17.
- 15 **I**nsultus quid sit, et quomodo committatur.
- 16 **I**nsultans qua pæna puniatur, et quomodo cum explicazione.
- 18 **C**aptura est odiosa, quomodo, et quando fieri potest, et num. 20.
- 19 **P**actum contra legem, quod nō seruetur sollemnitates legis, eo quod iudicium incipiat à captura

- ptura an valeat .
- 21 Suspectus de fuga, an possit carcerari, & quæ requirantur .
- 22 Filius an possit carcerari pro debito sui Patris, & quomodo procedatur .
- 23 Debitor an possit carcerari vi-
gore instrumenti liquidati post
20. annos, & quid de obliga-
tione post decem annos .
- 24 Sententia antiqua, an executio-
ni demandari possit absque
citatione .
- 25 Officialis non debet pro quolibet
leui errore sindicari .
- 26 Officialis an possit retinere quæ
piam carceratum per 24. horas
iniuste .
- 27 Pæna debet esse conformis de-
lictō.
- 28 Trahens laicum ad forum Ec-
clesiasticum, an sit puniendus,
& quibus pænis .
- 29 Differentia inter ius ciuiles, &
Canonicum circa appellations
faciendas .
- 30 Iudex puniens trahentem laicū
ad inuetitum Iudicem , an te-
neatur in Sindicatu, quomodo,
& quando cum declaracione .
- 31 Sindicatores non possunt se in-
tromittere in causis extra
Sindicatum , & que non fue-
runt intuitu officij, quomodo,
& de quibus .

C A P V T VI.

Male, & iniquè carcerant
Officiales, si non iusti-
ficata causa legitima procedūt
ad citationem ad informandū,
& ad carcerationem , ex eo ,
quia Iudices debent prius ani-
maduertere, & numerare pro-
cessus, si costet de delicto , & si
secus, non possunt procedere
ad expeditionem citationis ad
informandum , & ad carcera-
tionem , ad solam tituli ostен-
tionem, quia non tituli ostensio
in criminalibus attendenda est,
sed veritas rei , vt in l. famosi
vers. hoc tamen crimen ff. ad l.
Iuliam Maiestat. relatam per Ro-
nitum super Pragm. I. de custodia
reorum nu.4. vbi nu.5. habetur

Iudices fortasse procedant ad
3 carcerationem, & citationem ,
ad informandum confiti; quod
quando carcerant aliquem in-
iustè, & contra ordinem, non
propterea tenentur ad damna ,
& expensas emendanda , nisi
quatenus carcerauerunt ad vin-
dictam, vel ob aliā fraudis sus-
picionem , per doctrinam Pe-
tri Gabell. resolutione criminali
86. Reg. Consil. Vargas in sindica-
to de iustitia d' Aragon. Sed ipse
etiam dicit, quod æterni Iudicis
tribunal nescit quomodo euita-
bunt, cum ex indebitis carcera-
tionibus multoties sequantur
mortes, & alij damna irrepara-
bilia , adeo quia cum carcer sit
4 mala mansio , morti etiam
æquiparatur Bald. in cap. I. §. de-

nique tit. quæ sit prima causa
beneficij amitten, at maior pena
est, existere in vinculis, quam
laborare in agris Glos. in l. seruos
vers. flagelli ff. de pénis, Prosp.
Petra ad Cap. dec. 154. num. 2.
preter infamiam, & alia inco-
moda, arrogantia D. Carolus Pe-
tra in Commen. ad Rit. M. C. V.
166. num. 162. diciturue locus
horribilis, afflictio Corporis, se-
pultura viuorum, consolatio
inimicorum, experientia ami-
corum, & consumptio bonorū,
Reg Conf. Fran. Maria Pratus di-
scip. for. cap. 20. nn. 77. 78. & 79.
lib. 3. Sicque tenetur in Sindica-
tude iniuria, & indebito carce-
re, quia paria esse videntur, ali-
quid fieri causā non iustificata,
& non seruata forma legis, ac
fieri contra legem Auth. quæ
res, & ibi notata C. de Sacrosan-
ctis Eccles. quia eadem debet es-
se Iuris dispositio, cum forma
legis sit data, ut primo conuin-
catur, & deinde carceretur l. i.
& ibi not ff. de cessione bonorum
l. fin C. quib. bonis cedere possunt;
nam alterare formam, est face-
re contra formam Iuris, qua-
non seruata procedit effectus
prohibitionis, cum certum sit,
quod à forma legis præfissa,
non sit recedendum, vt in l. for-
ma C. de officio Praefecti pretor.
Alisan. Trentacinque variar. ref.
lib. 1. de legibus, & constitutionib.
refol. 1. Et propterea officialis
obseruare debet, cum exercet

officium quomodo in causis
procedat, si ad instantiam par-
tis, vel ex officio, & si constet,
vel non constet de delictis; Nā
multi sunt casus, in quibus offi-
cialis ex officio procedere non
potest, in quibus si officialis
procederet ex officio, & ad car-
cerationem, etiam constito de
delicto, teneretur in Sindicatu
de iniuria, & indebito carcere,
quia licet Iudex habeat iurisdictionem,
tamen, si non seruat
legem, & ordinem iudiciorum,
9 & procedat de facto ad carce-
rationem sine causæ cognitio-
ne, non diceretur Iudex, quia
ius non diceret, cum causæ co-
gnitionem non adhibuisset cap.
forus de verborum signific. Car-
dinal in Clementina finali §. final.
de celebratione Missarum, & est
doctrina ab omnibus approba-
ta, quia non debet quis capi pro
crimine, antequam constet de-
10 delicto, vel saltem sit suspicio
contra carcerandum, vt dixit
Bald. in l. quod euitandi ff. de con-
dit. ob turpem causam. Prout etiā
testatur Dominus Paris de Puteo
in suo tractatu de sindicatu, in
verbo Captura cap. 15. Vnde of-
ficialis procedens ad carcera-
tionem, non præcedente diffama-
tione, vel accusatione, vel
aliqua causæ cognitione, vel
processu saltem informatuo, de
facto ei imputabitur, & tenetur
11 actione iniuriarum, & ad dā-
na, expensas, & interesse ratio-
ne

- ne indebitarum carcerationū ,
vt decisum refert Gramat. decis.
40.nu.127.ibiq; addētes,nam ca-
ptus , & detenus iniustē,in Sin-
dicatu potest agere actione in-
iuriarum,& in libello debet nar-
rare , quod potius voluisse vitam
perdere,vel tantum summę
pecuniarum,quam capi,carce-
rari,& iniustē retineri,& tassa-
tio expensarum debet sieri ar-
bitrio,& æquitate Sindicatorū.
- 12 Tenetur etiam officialis actio-
ne iniuriarum , de verbis iniu-
riosis,nisi corrigendi animo di-
xisset,vt testatur Amedeus Iu-
stinus in suo tractatu de Sindicatu
nu.109.vers.simil modo , & si
Iudices quemquam citarent ad
informandum ante constito de-
- 13 delicto , iniuriam afficerent ,
quia iniquè ad iudicium trahe-
rent , & Officiales tenentur in
Sindicatu ad expensas ob talem
vexationem , vt idem Gramat.
decis.60.nu.20. & 21. & similiè
si procedunt in casibus , in qui-
bus non possunt procedere ex
officio in illis . . nemo sine
accusatore puniri debet , vt in
l.rescripti §.si quis , & ibi glos ff.
de munib⁹, & honorib⁹ , vbi
etiam refertur illud Euangel.
Ioannis cap.8. Mulier vbi sunt,
qui te accusant .
- 14 In illis verò in quibus possunt
procedere ex officio,procedunt
sine accusatore , multos recen-
ser casus speculator in tit. de in-
quisitione §. quando autem & gl.

etiam in cap.1. in verbo sine ac-
cusatore,tit. vt Eccl.beneficia, in
verbo sine accusatore,& ego re-
collegi ex Caranita ritu 68.quod
potest procedi sine accusatore
in casu,in quo fieret aliqua per-
cussio cum aliquo instrumento
nociuo,veluti ferreo , lapide ,
vel cum baculo ab uno solo ex
cogitato insultu,vel hominibus
coadunatis , ex eo quia in tali
percussione cum bastone , vel
lapide imposita fuit pæna ma-
nus;sequuto tamen magno vul-
nere,siue effectu consimili,quia
habetur,ac si cum armis,ex quo
venit appellatione armorum ,
l.Armorum ff.de verb.significat.
Adest etiam, capitum Regni no-
stri,incipit: Qui cum roncha fer-
rea , & Andreas de Isernia in
Constitut. quæ incipit,si quis ali-
quem cum armis circa finem ,
quærerit qualiter debeat esse per-
cussio ad hoc ut locum habeat
pæna manus,& dicit esse remit-
tendum arbitrio Iudicis. Vide
Gramat.decis. 17.vbi addentes.

Item potest procedi ex offi-
cio cum iniuria infertur,vel com-
mittitur in personas Ecclesia-
sticas,pupilles,aut viduas.

Item potest procedi ex offi-
cio in insulto facto cum baculo,
vt idem Caranita in d. ritu 68.
testatur num.7. notabili q. cuius
verba sunt v 3.in insulto verò fa-
cto cum baculo , procedunt ex
officio eodem modo , quo dictum
fuit posse procedi in ipsa percus-
sione.

15 Insultus autem à Doctoribus varijs modis explicatur , sed in hoc loco secundum Bart. in l. respiciendū §. deliquunt ff. de pænis , dicitur quod sit in alium assaltus,& est motio de loco ad locum .

Hinc est , quod existentes in mensa,in itinere , vel in aliquo loco, si deueniunt ad rixam, nō potest verificari in eis insultus , vel potius factū aliquo calore , vel proditoriè,quia in prædicto casu non verificatur assaltus in alium, nec contra alium se inquiet de loco ad locum,nam tunc propriè dicitur factus insultus , seu assaltus,quando se approximat tantum domui,vel Castro, quod potest projicere iaculum , & expugnare ; & quod deliberatè , & appensatè factum fuit, Et propterea inquirentes in inquisitionib. semper describūt, quod deliberatè , & appensatè factū fuit, nam alias si impactus qui vis esset factus in rixa,non posset dici insultus , sed solum rixa simpliciter .

Insultus factus cum armis , ente,gladio, vel alio quocumque genere armorum , tam per vnum solum , quam per plures armatos coadunatos , comprehendit crimen l. Iuliæ ff. de ui publica .

16 Non potest dari insultus cū armis,nisi detur etiam sub eodē maleficio criminis l. Iuliæ ff. de ui publ. Sicqne considerandum

quomodo insultus emergat , & quod numquam sine iniuria : sed pro insultu per Reg. Pragm. non fuit alia pæna statuta , nisi pro qualitate,& atrocitate iniuriæ,quæ ex ipso insultu resultat, Ita testatur Ronitus sub Pragm. 11.de abolitionibus nu.34.

17 Alij casus , in quibus potest procedi ex officio numerantur, per Afflict. in Constitut. Regni bi qui in tit. de inquisitionibus faciendis num. 13. & 14. & subdit, quod in hoc Regno Iudices si ne accusatore , vel denunciatore ex officio procedere possunt ad inquirendam certam personam de delicto in omnibus illis casibus , in quibus venit imponenda pæna mortis naturalis , vel Civilis,deportationis , aut abscissionis membra .

In causa autem capturæ potest procedi summiè per officium Iudicis etiam diebus feratis in honorem Dei Marant. in suo speculo Aduocatorum 6. ca. 10.num.4. & per illum Iudicem qui exequutionem fieri fecit l. à diuino Pio; §. super rebus ff. de re iudicata .

18 Captura est odiosa , & non potest fieri de iure communi , quando debitor habet in bonis, sed tantum in subsidium bonorum, ut in d.l. à diuino Pio §. in reditione , & ibi Doctores Rom. cons. 224.nu.8. & 9. Alexan. cōf. 159.nu.9.vol.2.conf.19. nu.2. & 3.vol.3.Paris de Puteo de Sindi-
cato

catu in verbo Captura col. 1. & 2.
vbi requiritur citatio, & excusio Rom. conf. 320. nu. 3. nisi fuisset conuentum, quod possit realiter, & personaliter grauari, quia tunc posset Creditor facere grauare personaliter debitorem, etiam eius fideiussorem;
 & deinde tenutam bonorum accipere, ut in proposito loquitur Rom. dicto conf. 320. nu. 3. refert, & sequitur *Causal. decis. I. nu. 1. & 3. parte prima.* Sed ego reperio, quod consentientes in Iudicem sub alia forma, quam sit data à lege, videntur nouam legem facere, ut in l. libeo 2. §.
Hec autē ff. de Arbitris l. sed, & si manente ff. de Procuratoribus, quam facere non posunt, quia non valet pactum; neque conuentio contra legem, quia paria sunt aliquid fieri contra legem, & non seruata solemnitate legis. *Auth. quae res de Sacro-sanctis Ecclesiis, & si Iudex contra sollemnitatem legis procedat, ergo contra formam legis,* quia eadem debet esse Iuris dispositio, ut dictum est supra, ut primo conuincatur, & deinde carceretur, l. i. & ibi notata ff. de cessione bonorum l. fin. quibus bonis cedere possunt; nam alterare formam, est facere contra formam iuris, & si Iudex carcerat ex conuentione vel auctoritate pacti, certum est, ut iam dictum est, quod ius carcerandi, & potestas non procedunt à iu-

ri publico Iurisdictionis, sed à vero imperio, ergo non competit, nec procedit ex pactis priuatorum, qui potestatem, ac facultatem non habet prestandi jurisdictionem l. Priuatorum ff. de Iurisdictione omnium Iudicium.

20 Ex duabus causis sieri potest captura, uno modo, pro Iudicio inchoando, & docendo de Iuribus suis, ad hoc ut suspectus debitor condemnatus per sententiam, possit creditum satisfacere, & isto casu requiritur quod debitum sit liquidum, & clarū, & quod post capturam, creditor illam iustificet, ut per Hieron. de Gigas. conf. 75. 96. & conf. 162. Alio modo pro solutione consequenda virtute sententiæ, vel executionis. Primo casu sufficit debitori prestare pignus vel dare fideiussorem de stando iuri coram suo Iudice competenti, quo facto statim est relaxandus. Secundo casu tenetur cauere de soluendo statim, & de iudicatum soluendo, & non de stando iuri. *Causal. dec. I. nu. 39. parte 1.* ibi repertis quae requirantur ad hoc ut debitor dicatur suspectus, & procedi possit ad capturam, & sequestrum Decius conf. 75. & in leg. Vinum, ubi Iason ff. si certum petatur, & idem Iason in §. superest instit. de actionibus Menochius de arbitrarijs iud. lib. 2. centura 1. casu 87. per totū, & signanter nu. 13. & 14. dum ap-

- apparere, ac verificare debetur de certo, & liquido credito contra suspectum de fuga, quod ipse non habeat, neque possideat, at per duos administrus testes de fugae suspicione, ut ex Rit. M.C. 170. quem seruari quotidie in prixi testatur Reg. Consil. Pratus ad Muscatiell. prax. S.C. lib. 2. p. 3. glos. detinebitur ad nu. 15. addentes ad Gizzar. decis. 83. Vrsil. ad Afflitt. dec. 176. num. 4. Visconte conclus. decis. verb. debitor suspectus Gallup. prax. S.C. par. 2. cap. 22. nu. 19. Marc. Antonius Amato decis. Ferrariensis 13. nu. 6. 7. 8 Calà de modo artic. S. 2. glos. 11. nu. 616. Carauit. in d. Rit. 170. & ita decisum per M. C. ac confirmatum per S.C. pro nullitate carcerationis non seruatis his refert Dom. D. Carolus Petra in com. ad dictum Rit. 170. nu. 12. & seqq. ex per eum addutis à nu. 8. & ita etiam determinauit Curia ferrariensis apud Amatum d. dec. 13. & ead. M.C. V. in anno 1668. pro Iosepho Raiola contra Notarium Thomā Agnellum Cerillo de Turri Octauę, ad relationem tunc Iudicis Thomae de Luca in banca Franc. Albani, penes Santa Maria scribam, sub patrocinio V.I.D. Cæsaris Nicolai Pisani.
- 22 Nec potest filius pro debito sui Patris defuncti carcerari vi-
gore instrumenti stipulati cum dicto Patre defuncto, sed ordinarie est procedendum, & citā-

- dus est prius filius ad declarandum si haeres est Patris defuncti, & possideat bona haereditaria, ut voluit Bal. in l. per dineras C. mandati Carauita Rit. 178. nu. 5.
- 23 Nec potest carcerari debitor vigore instrumenti liquidati post vigesimum annum, ut dixi ad praxim Domini Andreæ de Isernia cap. 51. nu. 181. solum autem pro tertii decursis potest liquidari, prout obseruatum fuit in Sacro Consilio refert Tartaglia in Praxi M.C. Vicarie rerum ciuilium cap. 1. num. 153. fol. mibi 39. & quo ad predicta vide Petra in Rit. 166. cum seqq.
- 24 Nec virtute obligationis post decem annos, quia obligatio, que decem annos excedit, equiparatur antiquæ sententiæ, que exequitioni non mandatur, sed requiritur citatio, & si citatus opponat satisfactionem, non dicet causam in vinculis, sed extra carceres, & istud procedit etiam si obligatio reperiatur incusata per partem, & illa accusatio esset antiqua, quia presumitur, quod si debitum non fuisset solutum, obligatio fuisset exequuta, & idem militat in accusata, testatur Carauita Rit. 128. & nu. 4. & 5.
- Nec etiam pro modico po-
25 test officialis quemquam car-
cerare, & carceratum detinere,
tam pro causa ciuili, quam pro
causa criminali, ex eo quodvel-
let

let se tuere, quod paruum tem-
pus non sit inconsideratione; ut testatur *Paris de Puteo de Sindicatu in verbo Iudices ad sindicandum cap.2.nu 23.* Vbi ha-
betur, quod Officialis non de-
bet pro quolibet leui errore
Sindicari, & hinc deductum.
26 fuit in ore rusticorum, quod
officialis potest detinere carce-
ratum quemlibet per 24.horas,
etiam iniuste, quia hoc fallit;
nam grauamen committitur tā
in paruo, quam in magno, &
officialis Sindicatur etiam pro
paruo; Verum quod pēna de-
bet esse conformis delicto, vt
per ea, quae habentur in l. si fu-
27 gitini C.de seruis fugitiuis: &
hoc non solum habet locum
respectu principalis, sed etiam
respectu testimoniū, quando con-
uincuntur ab alijs testimoniis de
auditū, cum sensus auditus sit
multum fallax indebitē detru-
duntur. *Clar. in sua Praxi crim.*
qu.21.vers. sed quod si testis &c.
Hic etiam quæri potest de
quærela exposita contra quē-
dam laicum, qui conuenire fe-
cit alium laicum in Principali
Curia Ciuitatis Iserniae super
relaxatione cuiusdam petij ter-
ritorij, alias soluere debuisset
tertias decursas capitalis pretij
ex censo fundato super dicto
pretio territorij, & cum serua-
tis seruandis Reus fuisset con-
demnatus ad soluendum tertias;
& pro exequitione decreti, etiā

seruatis seruandis fuissent ex-
peditæ litteræ executoriales,
Reus tanquam grauatus recur-
sum habuit ad Episcopatē Cu-
riam per modum quærelæ, con-
querendo de Actore mediante
memoriali porrecto, tentauit
que trahere Actorem laicum
ad forum Ecclesiasticum. Actor
28 cum vidisset se trahi ad forum
Ecclesiasticum per Reum laicū,
recursum habuit ad Curiam
Principalem, & exposuit quæ-
relam criminalem contra dictū
Reum, qui ausus fuit trahere
laicum in vetitum Iudicium; ex
quo fuit Reus inquisitus, & ci-
tatus ad informandum, & car-
ceratus. An officialis, seu Iudex
teneatur de iniusto, & indebito
carcere? in Sindicatu pro causa
predicta? Ego dicebam, quod
una ex differentijs inter Ius Ca-
nonicum, & Civile est hęc, quod
29 de iure Canonico à sententia
Episcopi appellatur ad Papam,
vel ad Metropolitanam Audiē-
tiā cap.1 de officio delegati cap.
duo simul de officio Iudicis ordi-
narij Can. ad Romanam 2. qu. 6.
Sed de iure civili potest appella-
lari ad Iudicem sacerdotalem, &
hanc differentiam inter ius Ci-
vile, & Canonicum ponit Ba-
ptista à S. Blas. in tractatu contra-
dict. contract. 153. tom. I. col 1. &
Hieronymus Lannet. in tractatu
de differentijs inter ius Canon. &
Civile, differen 44 tom. I. col. 4.
Secundo dicebam, quod quā-
do

do appellatur à maiori Iudice ad minorem non incurritur in aliam pænam , quam quod appellatio sit nulla, & inualida, dummodo tamen id fiat per errorem tex.est in l. i. §. si quis, & §. denique ff.de appellat, speculator in tit.de appellat. §. nunc tractemus vers. quid si per errorem nu. 14. & Gloss. in verbo Officiali in cap.non putamus de consuetudine lib.6 dicit, quod consuetudo cum appelletur ad minorē non valeret: Sed error non presumitur nisi probetur , per allegata per Bart. in l. non fatetur vltim col.ff, de confessis , & in l. an inutilis ff, de exceptionibus , & in l. sed si lege §. scire ff, de pet.hæred. Sicque ex deductis Curia poterat illum punire propter contemptum Curiæ, vt ex Can. inolita 11. qu. 1. Vbi statuitur , quod non solum trahens Clericum ad veritum Iudicem debet perdere causam , sed etiam excommunicari, & à communione repelli, sicque per sententia debet non solum rem petitam perdere, sed etiam excommunicari, & ex glos.in cap.si diligent in verb. causam perdat in fine de foro competenti, dicit quod de rigore puniri debet sub his verbis. sed potest dici , quod illud est propter excessum nimium, eo quod in suum Episcopum tam facinus attentare præsumpsit , vt merito augeri debeat pæna ff, de re militari, l. omne delictum §. 1. sed de

30 rigore debent puniri, qui in vetitum examen alios trahunt) & hoc non solum habet locum in Clericos , sed laicus laicum, siue laicus Clericum, siue Clericus laicum, siue quicumque trahit ad Iudicem incompetenter siue per modum ordinarij libelli , siue per modum exequutionis, testatur Bal. in l. in Criminal. C. de Iurisdictione omnium Iudicium, ex quibus dixi resultare nō teneri de indebito carcere, licet DD. distinquant, quod perdat solum causam in Ciiali , & in Criminali puniatur: quia distinctione principalis, & non quod Iudex teneatur de indebito carcere: Iurisdictione non competens non est usurpanda Tesaurus decis. Pedemontana 131.nu.2. Nec officialis debet se intromittere de Iurisdictione alterius , vt ex Paride de Puteo in verb. Officialis cap.2.nu.3.

Hinc est, quod Sindicatores solum possunt cognoscere de causis , & delictis commissis tempore officij intuitu praedicti officij, & non de alijs causis , & commissis ante , vel post, vel extra officium, cum ad Sindicatores non pertineat, sed ad ordinarium Iudicem competentem remitti Caranita Ritu 49 in fine & Ritu 295. Amodeus Iustinus de Sindicatu nu.171. & si procederent, possent puniri Sindicatores pæna usurpatæ Iurisdic-

ctionis, ita testatur Niger in Cap. Regni inter subiectos in Rub. de prohibita portatione armorum nu. 4. Cappella Tholosa. q. 401. & idèo Sindicatores debent cum moderamine disponere, ut mali coerceantur a malo, & boni inter malos quietè viuant, Can: Qui peccat 23. q. 4. & can. Non frustra in fine q. 5. Sicque Sindicatores non debent se in causis extra Sindicatum intromittere, Idem Niger in cap. Regni, quia de Vicarijs n. 6. in fine. Benè verum est, quod idē Amodeius in dictato loco in fine num. 171. quod in practica seruatur, coram Sindicatoribus, Sindicandi possunt conueniri de cōtraetibus factis super necessarijs v3. de vestibus, lectis, & alijs necessarijs ad viētum, & de salario officialis.

Forma libelli quæreleg extorsionis.

Coram Mag. N.N. Sindicatoribus electis, & deputatis ad sindicandum N. N. olim Capita-

neum dictæ Terræ, vel Ciuitatis comparet N. N. de dicta Terra, et dicit qualiter de eo, &c. in eo, etc. super eo, &c. regnantes, &c. dominante, &c. sub Praesidatum, &c. de die 18 mensis Septembbris 1667. tēpore quo prædictus sindicandus exercebat officium Capitaneatus, in dicta Terra, vel Ciuitate, ad quærelam N. de N. de assertis vulneribus, & pugilis in rixa, sindicandus prædictus processit ad citationem ad informandum, & carcerationem in carceribus criminalibus contra comparētem ipsum, & metu carcerationis extorxit ab ipso comparente ducatos 20. indebitè, & minus iustè cum reu. Propterea exponit quærelam criminalem de extorsione contra predictum Sindicandum, & petit diligenter informationem capi, atq; puniri, & castigari, & condemnari ad restitutionem dictorum ducatorum viginti extortorum expensas, damna, & vt decet sibi iustitiam administrari, et indemnitatipius prouideri, omni modo meliori, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex committens extorsionem, cui assimiletur, & quomodo describatur, & n. 3. & n. 6.
- 2 Largior vini infusio hominibus temulentis, maiorem bibendi

sitim generat.

- 4 Cum auaro, periculosem est habere simul.
- 5 Mare suos habet limites, sic dies, & nox.
- 7 Auditor monet Iudices committentes extorsiones ad bene viendum,

- dum, & num 20.
- 8 Barones tenentur constituere salarium Officialibus, & admonentur officiales ad nō emendū officia, & n.10.
- 9 Rex tenetur sumptibus suis, non subditorum expensis, iustitiam administrari facere subditis, ac propterea sunt ei stipendia soluenda.
- 11 Extorsio an sit species delicti, et quomodo puniatur Iudices extorquentes, n.13. & est omnī malorum radix, n.14.
- 12 Peccatum animæ inhærescit.

C A P V T VII.

Pro explicatione materiæ extorsionis de qua R. Conf. Vargas en el sindic. della justitia d'Arag. p.8. tit.1 concl.11. lib.2. necesse est ut ingrediar ad domum inepti auari viri; videoq; illam omni genere florū exornatam esse, iudicio nihil būc ijs, quæ videntur pretiosius tenere, sed eas res quidem, quæ anime sunt expertes exornatæ, animā vero ipsam negligere; atq; incomptam relinquere; cuius preforibus innumerabiles stant pauperes, & miserabili, ac luctuosa voce, ut sibi subueniant præcantes, at ille preces eorū repudiat, affirmans suas opes tot pauperibus non sufficiatas. Quemadmodum enim hominibus temulentis largior vini in-

2 fusio maiorem bibendi sitim

- 15 Officiales an teneantur pro extorsionibus per eorum familias factas.
- 16 Dignitas non debet officialibus obesse, sed prodeesse.
- 17 Officialis, qua cautela vti debeat, ne teneatur pro sua familia in Sindicatu.
- 18 Extorsiones an possint probari per mediatores in Sindicatu.
- 19 Mediator an possit esse testis in contractu, in quo fuit mediator, & quomodo, & an in Sindicatu.

generat: Sic etiam isti, qui cumulandis opibus student etiam si sibi multas diuitias pararent, plures tamen expectūt, additione illa morbum aleentes suum, ac studium illud eorum, in contrarium conuertitur, non enim eos tanta lætitia afficiunt ea, quæ sibi pepererunt, etiam si multa sint, quanta molestia conficiunt ea, quæ desunt, quæque sibi adhuc deesse autemat.

3 Auaris nisi adsint Pythij misit talenta, & tot, ac tanta terre iugera, pecorumq; longè plures greges, qua numerādo percenseri possint, nihil tatis erit.

4 Cum auaro, & in Urbe, & in agris periculosum sinnul habitate est. Mare limites suos nouit, nox antiuam in lā præscriptionem non excedit, sed auarus non tempus reueretur, nō terminum statuit, non concedit

cong

- 6 consequētiām successionis , sed
ignis impetum imitatur , qui
omnia,& corripit,& consumit.
Quæcumque oculis acceperit
auarus his inhiat , non exple-
tur satietate vidēdi oculus eius;
neq; vñquam auarus accipien-
7 do satiatur . Vellem profecto
aliquantulum ab ijs iniustiæ
operibus respirares, ac illud co-
gitares , cuius nam rei gratia
tantis rebus studeas , in tantis,
totisq; extorsionibus, & ad quē
nam sinem has tibi pares, Quid
facis miser nonnē scis , quod
statutum est in iure, quod om-
nes Reges, Principes, Duces,
Marchiones, & Barones tenē-
tur mittere in terras sibi subie-
ctas Capitaneum mediante sa-
lario , seū prouisione sibi sol-
uenda, ab eorum Erarijs,& nō
ad ipsarum terrarum , & Ciuiū
expensas, quia ex iustitia Ca-
pitanei nō possunt cogere val-
sallos , & incolas terrarum , &
tu miser pretio conducis patro-
nos cum emis officia contra-
diuinās sanctiōnes , vt dixi in
meis obseruationib; ad praxim
iudiciariam Domini Andreæ de
Isernia , hic contrauertis ordi-
nem ; nam supradictum fuit ,
9 quod Reges in Regno suo pro-
prijs , & non subiectorum sūp-
tibus tenentur iustitiam mini-
strare, quia redditus , quos ha-
bent, sunt ad hoc quasi stipen-
dia constituta , vt in terra iu-
stitiam seruent; & si ob defectū

eorum latrones crescūt, & pre-
das agunt , ipsi Reges debent
restituere damna passis , vt ait
D.Thomas 2.2. qu.63.art.3. Id
10 totum fuit , ne officiales com-
miserent extorsiones , quia
debent esse contenti stipendijs
suis. *Can.non satis 86.dist.circu-*
fin.& tu emendo officia, emis
damnationem, & detrimentum
animæ tuæ; & necesse est, vt cō-
mittas extorsiones , ex quo ga-
gia , & emolumenta non suffi-
giunt, & sunt incerta, cum non
adsit salaryum , seū prouisio.
Extorgens pecuniam à litigan-
tibus , & inquisitis , seū alia
bona propter indebitam car-
cerationē, vel aliud genus gra-
uaminis contra ius, dicitur pro-
11 priè extorsio , & transit in pro-
priam speciem delicti, ita testa-
tur, *Rouitus super prag.3 tit.de*
militibus nu.39. qui citat *Constitu-*
tionem Regni, quæ incipit: *Eos*
tantum officiales; & enumerat
diuersas delictorū species , quæ
ab officialibus committi solēt,
& possunt: Adeſt pro extorsio-
ne ultra penam Diuinæ indi-
gnationis, quia peccatum te-
comitabitur , veluti vimbra
quædam , quæ animā consequi-
solet ; quemadmodum enim
vimbra corpus sequi consuevit,
sic etiam peccatum animæ in-
12 hærescit. Adeſt pena exiliij, &
tenentur officiales quadruplū
restituere; testatur *Carav.* *Ritu*
14. nu 6. oh Deus immortalis,

hæc est illa auaritia , quæ est
14 omnium malorum radix: testa-
 tur, *Carau Ritu* 19.nu.7. Ex qua
 resultat etiam , quod officiales
 committentes extorsiones sunt
 etiam infames *l.infames ff.de*,
publicis iudicij, *l.Ritus fellum,*
ff.de his qui notantur infamia.

15 Restat nunc videndum an-
 teneantur de extorsionibus cō-
 missis per eorum familias , siue
 famulos, quos secum duxerunt
 dum officiales tenentur de deli-
 citis commissis ab illis de sua fa-
 milia de exoptimo *tex.in l.i.c.*
ad l.i.am repetūd. cum alijs alleg.
à Reg.Consil. Prat. in suo Nicandro
n.610.618 Doctores in hac
 materia varie loquuti fuerunt,
Menoch.de arbitrarij Iudicium
cent.4.lib.2.casu 345.nu.6. dicit,
 quod quicquid facit familia, di-
 citur consensu Domini facere,
iuxta textum in l.ulima §. ser-
horum ff.naut.cap.1. lib. cum
eorum conditionem scire pre-
sumantur, ex Bart.in l.quoniam
Judices Cod. de appellat. preter
alios relat.a Reg. Consil. Prato,
vbi supra n.617. & quando offi-
ciales videt aliquid iniuste age-
re, debent eis resistere, ne ipsi
eorum causa teneantur in Sin-
dicatu, vt Bart. in tractatu de
repres.in 2. q.7. Alij autem di-
cunt, quod non imputetur offi-
16 cialibus , & propterea non
 teneri pro eis ; Ratio est, quia
 dignitas nō debet alicui obesse,
 sed prodeste *l.si longius in fine*

ff.de iudicij. Nec debet præsu-
 mi, quod sit extortum de scien-
 tia Domini , *vt in cap. cum ad*
scdem, de restitut. spoliat. & hoc
 esse menti tenendum testatur,
Bal in l.ad innidiq in fine C. quod
17 quod metus causa. Nec potest
 præsumi scientia Domini , nisi
 verè , vel præsumptiuè appa-
 reat; tamen officiales ad eui-
 tandas has iuris ambages, ne te-
 neantur in Sindicatu ad extor-
 siones per eorum familias , &
 famulos, debent vti bona caute-
 la, quod faciant emanare ban-
 na, & protestentur, quod si al-
 quis ex eorum famulis iniqua
 facit, reuelent ipsis officialibus,
 quia sic non tenerentur; uic de-
 lictum prædictum potest pro-
18 bari per mediatoris, qui di-
 xerunt portasse , & dedisse pec-
 uniam officiali, quia tractant
 de se exonerando , ex eo quod
 potuerunt pecuniam cōvertisse
 in proprium usum , & etiam
 quia faciant se criminolos te-
 statur *Augustinus Dulcetus in*
titu.de Sindicatu n.31. licet me-
 diator possit esse testis in con-
19 tractu , & describi potest, vt te-
 stis in contractu per eum ce-
 lebrato. *ex Panorm. in cap. ex*
literis, de transact. non autem
viua voce testificari potest, no-
tatur in cap. 1. de testibus lib.6.
 Ratio diuersitatis est, quia in
 instrumento describitur de cō-
 sensu utriusque partis, & tolli-
 tur suspicio propter fidē, quod

non est in testimonio viua voce; & ut supradictum fuit; probations contra sindicandum debent esse luce meridiana clariores propter presumptiones, quas officiales habent pro le.

20 Quare quantum in officialibus situm est, auaritiam fugiant, fugiant in quam, vt & eas pænas, quæ in officialibus manet, effugere possint, & valeant cōsequi bona illa æterna in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & potentia una cum Patre ipsius æterno, & viuificatore Spiritu Sancto nunc, & sēper, ac in perpetuum tribuatur. Amen.

Forma quærelæ concussionis.

Coram mag. N.N. Sindicatoriis electis, & deputatis ad Sindicandum N.N. olim Gubernatorem Ciuitatis, vel terræ N. cōparet N. de N. & de eo, &c. in eo, &c. super eo, &c. Regnante, &c. Dominante, &c. sub Præsidatu, &c. dicit, qualiter tempore quo dictus sindicandus exercebat offi-

cium prædictū processit ad quærelam N. de N. vel ex officio ad inquisitionem contra prædictum comparentem de quodam prætenso vulnere, seu insulto illato in personam dicti N.N. sub die mēse, &c. anno, &c. & quia de quærela prædicta nihil constabat, nec constare poterat, tamen processit ad carcerationem, & metu carcerationis, & carceris minis etiā adhibitis, ipsum comparentem induxit ad se transigendum cum baronali Curia per ducatos triginta, tempore quo erat absoluēdus pro causa prædicta, nec carcerandus, nec molestandus: Propterea exponit quærelam criminalem de concussione contra eumde sindicandum, & petit ipsum puniri, et castigari, vt iura volunt, et mandant, atque ipsum condēnari ad restituendum dictos ducatos triginta, vñā cum expensis damnis, et interesse. Super quibus omnibus petit sibi ius, et iustitiā ministrari, dedutens, &c. non se adstringens, etc. non solum isto, sed omni alio modo meliori, etc.

SUMMARIUM.

- 1 Concussio quid sit, et quotuplici modo consideretur, n.6.
- 2 Vis quomodo diffinitur, et an vis possit in bonam partem accipi.
- 3 Vis supponit necessitatem imposi-

tam voluntati contrariam cū explicacione.

- 4 Voluntas coacta, voluntas est.
- 5 Vis, quotuplici modo inferatur.
- 7 Compositio non admittitur absq; delicto, et quomodo, et quando.

8 Me-

- 8 Metus reverentialis, quomodo cōsideretur, et quid de seuitia Iudicis.
- 9 Concussio dicitur fieri, et cōmitti per intemerationem, quando officiales per metum, quem infert, inducit reum ad compositionem, et extorquet pecuniam, cum exemplo cuiusdā Capitanei Ciuitatis Puteoli.
- 10 Metus cadens in constantem vi-

C A P V T VIII.

- 1 **H**anc quærelam concussio-
nis potui hoc loco tam-
quam rubricam subsequentem
ad quærelam extorsionis, cum
concussio sit propriè per vim
extorsio, ut Bart. in l. Ilia § eadē
l. ff. ad l. Iuliam de vi publica
Vargas in alleg. loco in c præced.
- 2 Ad cuius intelligentiam vi-
dendum est, quod vis à Paulo
diffinitur in l. 2. ff. quod metus
causa, ut sit maioris rei impeius,
cui resisti non potest; nam verū
est verbum hoc accipi etiam in
bonam partem, ut cum Magi-
stratus eam affert iure licito, &
pro honore, quem sustinet, l. 3.
ff. quod metus causa, sed hic ac-
cipimus, quod nullo iure fit cō-
tra liberam alicuius voluntatē,
de qua elegantissimè Cicero in
Oratione pro Cecinna.
- 3 Huius vis fit mentio in edi-
cto Prætoris, quia vis supponit
necessitatem impositam volun-
tati contrariam, quæ multum

rum, quid sit, et quid in incōstantem cadere.

- 11 Index committens crimen con-
cussionis, ad quid tenetur in
sindicatu.
- 12 Probationes in causa concussio-
nis contra officiales, debent esse
luce meridiana clariores.
- 13 Index quid facere habeat, ne
teneatur de concussione.

differit ab illis, quæ metu coa-
cta voluntate geruntur, quia
quando aliquid per violentiam
extorquetur, principium actio-
nis est extrinsecum, & aliundè
venit; nec magis dicitur volun-
tate patientis factum, quam si
diceretur voluntate Nautæ na-
uem, & scopulum tempestate
allidisse: At quando alicuius
periculi, vel mali metu aliquid
fit, tunc intus patientem existit
origo actionis, quæ actio profi-

- 4 ciscitur à voluntate minus ma-
lum eligente, & eo casu dicunt
Philosophi, quod voluntas coa-
cta, voluntas sit.

Multipliciter dicitur vim in-

- 5 ferre, sed hic breuitati studēdo,
solum consideratur de concus-
sione esse vi cōsiderata à Domi-
no Paride de Puteo in d. suo tra-
ctatu de Sindicatu in verbo Ju-
dices c. 7. n. 17. quod tripliciter

- 6 consideratur concussio, scilicet,
per minas potentis, per incar-
cerationem, & per incarcerationis
verba, metus violentus
dicitur.

Di-

Dicitur autem quod hoc cri-
men concussionis committitur
 7 quando officialis inducit subdi-
- 27 Libellum quærelarum criminalium non legatur publicè, sed super ipsarum tenore examinatur sindicandus principalis secretè, & n. 5.
- 29 Exceptio ineptitudinis libelli an sit admittenda, quid in ciuilibus, & quid in criminalibus.
- 30 Sollemnitates legis libellorum, an sint sublate in causis criminalibus in sindicatu, & n. 32.
- 31 Litis contestatio non fit per libellum ineptum.
- 33 Exceptio opposita, quod causa sit merè ciuilis, est discutendus articulus, cum consilio consultoris.
- 34 Forma decreti pro declarando causam ciuilem.
- 35 Quærelantes an teneantur præstare cautionem expensarum,

- 35 *S& adimplere dilatorias exceptiones in causa sindicatus, & quid si non adimpleuerint, & n. 37. & 40.*
- 36 *Forma decreti faciendi per sindicatores pro adimplendis exceptionibus.*
- 38 *Forma fideiussionis expensarū, & iuramenti de calumnia.*
- 39 *Fideiussio debet stipulari per actuarium curiæ sindicatorum.*
- 41 *Sindicatores adimpleteis exceptionibus, possunt dare terminū probatorium, & cumulare plures terminos propter breuitatem instantiæ sindicatus.*
- 42 *Terminus ad probandum, & probatum habendum, an possit prorogari de consensu partium, de cautela quomodo sit agendum.*
- 43 *Forma decreti super termino concedendo.*
- 44 *Forma citationis, ad testes.*
- 45 *Procurator, est Dominus litis.*
- 46 *Citandi sunt Procuratores, & principales ad videndum iuramenta testium.*
- 47 *Citatio ad testes, & ad partes ad vidēdam iuramenta testiū, an possit omittere.*
- 48 *Testis debet reddere causam scientiæ alias non probat.*
- 49 *Testis deponens de eo quod sibi videtur an probet.*
- 50 *Testis debet reddere suum testimoniū prouide, & simpliciter, & debet dicere veritatē pro utraque parte.*
- 51 *Testium depositio debet esse integra, & etiam contra fiscum.*
- 52 *Actuarij debent scribere puram veritatem, & integrā, prout testis deponit.*
- 53 *Citatio ad testes, an requiratur in causis criminalibus, & quando.*
- 55 *Copia repertorum, an detur inquisito, & quando, et quomodo.*
- 56 *Forma libelli, quando petitur, et copia repertorum.*
- 57 *Sindicatores, quid facere habet, quando sindicandus petit copiam repertorum.*
- 58 *Testes an debeant interrogari super interrogatorijs inquisito, quando repetat, et de forma repetitionis, et interrogationis facienda, et n. 61.*
- 59 *Testium repetitio cuius expensis fieri debeat fisci, seu quærelantis, an vero rei inquisiti.*
- 60 *Nemo esse dupli onere gravandus.*
- 62 *Sindicatus, quid sit.*
- 63 *Probationes in causa sindicatus quærelantes possunt facere per scripturas, seu processus actitatos.*
- 64 *Sindicatores an possint competere officiales ordinarios locorū et alios detentores processuum ad instantiam quærelantium ad exhibendum processus, seu scripturas, et de forma petitio-nis, et forma mandati, et n. 65.*
- 66 *Sindicatores, quid facere habeat si officiales negauerint processus esse apud se ipsos.*
- 67 *Sindicatores an possint testes punire*

- nire , et carcerare , et alios
transgressores.
- 68 Delicta, non debent remanere
impunita .
- 69 Sindicatores exhibitis processi-
bus per officiales, debent illos ei
restituere relicta copia penes
se.
- 70 Testes, qui repelluntur in sindi-
catu, qui sunt, et n. 71.72.73.
74.75.
- 76 Mediatores an possint esse testes
in contractibus per eos cele-
bratis.
- 77 Testes in sindicatu debent esse
omni exceptione maiores , et
superare omnem friuolam ex-
ceptionem.
- 78 Sindicatores debent se informa-
re de conditione , et qualitate
testium .
- 79 Publicatio, an requiratur in
causis sumariis in quibus pro-
ceditur sine figura iudicij.
- 80 Publicatio quid sit, et quotupli-
cet respectu fiat.
- 81 Publicationis effectus, quis sit.
- 82 Publicatio an requiratur in
qualibet querela in sindicatu,
et de formalibelli petendi pu-
blicationem, n. 85.
- 83 Declaratio circa usum an re-
quiratur in causa sindicatus ci-
uili, et quid in causa criminali.
- 84 Iuramentum suppletorium, an
deferatur in causa sindicatus.
- 86 Publicatio debet fieri parte ci-
tata, quia alias non valent , et
quomodo , & quando cum de-
- claratione, et de forma decreti
faciendi publicationem.
- 87 Monitio ad sententiam an, re-
quiratur in causa sindicatus.
- 89 Fideiussor ad representandum
principalem, debet citari cum
inserta forma.
- 90 Forma citationis facienda cum
inserta forma obligationis con-
tra fideiussore ad representan-
dum sindicatum , et ad soluen-
dum penam, ut ad n. 92.
- 91 Forma obligationis facienda per
officiale in ingressu officij de-
pendendo sindicati in fine offi-
cij.
- 93 Forma incusandi contumacias
contra fideiussorem.
- 94 Fideiussio coram quo Iudice
possit incusari, et cui curia ac-
quiritur pena, cum declaratio-
ne, num. 103.
- 95 Fideiussor an possit cogi soluta
pena, pro interesse ciuum , ita
ut, quod obligatus ad penam,
teneatur ad interesse.
- 96 Fideiussor teneatur obseruare iu-
ramentum in forma specifica,
et sic representare sindicandum
ad reddendum sindicatum cum
exemplo, ut intus .
- 97 Fideiussor si non potest sindicā-
dum representare, ad quid te-
neatur.
- 98 Obligatus ad factum, ex non
adimplemento, an teneatur ad
interesse .
- 99 Obligationes penales, duæ dicū-
tur obligationes , et quomodo
cum declaratione .

- 100 Perquisitio an sit facienda de forma perquisitionis contra officialem fugientem, & num. 102.
- 104 Facta condendatione contra fideiussorem sindicandum de pena, debent bona inventarii pro securitate Regij Fisci.
- 105 Forma certiorationis facienda Perceptorij Reg. Fisci.
- 106 Forma mandati de capiendo.
- 107 Sindicatores in quibus causis possint de perse decidere sine consilio assessoris, & in quibus cum consilio assessoris.
- 108 Sindicatores an possint fungi officio sindicatorum, & assessorum, & exercere duo officia, quomodo, & quando, cum declaratione, & n. 110.
- 109 Assessor, quis dicatur.
- 111 Ciues an possint assistere pro assessoribus, sindicatorum eiusdem Civitatis in qua sindicatus geritur, cum declaratione.
- 112 Sindici, & electi tenentur assignare salarium assessori de publico, & sumministrare cibaria.
- 113 Expensæ, quæ sunt pro tantis processibus, quando mititur ad consultorem, qui tenetur subministrare, quando officialis non est Doctor.
- 114 Sindicatores cum concilio assessoris, debent causas dubias per argumenta, & rationes legum determinare.
- 115 Forma sententiae diffinitiæ in sindicatu.
- 116 Sindicandum stetisse ad sindicatum, quomodo probetur.
- 117 Iudices virtuosi sunt laudabiliter publicè commendandi ad hoc, ut disponantur amplius ad veritatem, & num. 119. & 121.
- 118 Equorum cursus hominum clamoribus incitatur.
- 120 Officiali in sindicatu debetur idem honor, ac si esset in officio, & illum offendens punitur, ac si offendisset eum durante officio.
- 121 Forma literarum liberatoriarum in fine sindicatus.
- 123 Officialis, rendito sindicato an possit confirmari in eodem officio, et que cautela sit adhibenda per officiale, ut possit confirmari.
- 124 Appellatur à sententia sindicatorum ad Regias Audientias ad M.C.V. & non ad Curiam Baronale, etiamsi Baro haberet primas, & secundas causas.
- 125 Litigantibus, plura remedia fuerunt concessa contra sententiam, & quæ.
- 126 Appellatio ligat manus Iudicis à quo, & tolli non potest, & quid de sententia sindicatorum, an exequi possit præstata cautione de restituendo in casu retractationis.
- 127 Sententia sindicatorum an exequatur, si de ea fuerit dictum de nullitate.

CAPVT VNICVM.

IN prima parte visum fuit quomodo officiales debent esse versati, & experti in iuris peritia, & de eorum idoneitate, & ad quæ teneantur; ac de formulis multarum querelarū, contra officialem in Sindicatu; multe aliae fuerunt formatae per Dominum Garrabbam; & licet alias potuisse formare, secundum casum contingentiam, ex eo quia multi officiales electi ad iustitiam regendam, non semper attendunt ad ea, quæ tēnentur distribuere.

1 subditis, cum sunt caput subditorum, debēt esse sicut lucerne ardentes, secundum Matthæū cap. 5. super candelabris, ut opera eorum bona coram subditis reluceant, & sint exemplum ipsorum, semper habendo Deū præ oculis, sæpè sæpius visitare Ecclesias, & sacras missas cum magna deuotione audire, honorem proprium anteferre, &

2 præcauere se ab omnibus illicitis conuersationibus, solatijs, commestionibus, & ebrietatibus, ludis, ut dixi supra in prima parte post formam bannorum de more viuendi per officiales, ut adimpleant disposita per dictam nostram Regiam Pragmaticam, cum parere, siue obseruare ea, quæ dixit dicit Paulus ad Sanctum Simonem suum discipulum. Exemplum

exto fidelium in verbo, in conuersatione, in caritate, in fide, et realitate. Quomodo olim procedebatur in Sindicatu colligitur 1. Regum cap. 12. vt Samuel dicebat ad Populum; loquimini ad me coram Domino, et coram Christo eius, utrum bouē cuiuspiam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, et si de manu cuiuspiam munus accipi, et contemnam illud hodie, et restituam vobis, et dixerunt non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quidpiam, et dicit ad eos testis est Dominus aduersus vos, et testis Christus eius in die hac, quia non inuenitis quempiam in manu mea, etc. Sed hodie alio modo proceditur, quia præsentantur libelli, et sciant, quod omnes libelli querelarum tam ciuilium, quam criminalium sunt præsentandi coram sindicatoribus actuario ipsorum ad tollendas malitias, et fraudes hominum, quibus est obviandum l. in fundo ff. de reuindic. l. cum §. si lis ff. transact. in verbo Ne circumueniatur; et præsentatæ in libellis debent fieri per Actuum, non per abacum, sed per extensu seruata forma R. Prag. 11. §. 8. de offic. ind. Rot. Pract. cocl. 14. n.... & per nos allegata supra in cap. 3. num. 30. & 35. ubi habetur, quod præsentatæ quarumcumque scripturarum fiat per ex-

extensem , continendo diem , mensem , annum , & personam præsentantem , & denique subscribi debent per sindicatores , ut dicit Clarus S. fin. q. 53. n. 17. in verbo ad euitaudas omnes controuersias , bonum est , quod Iudices assisterent .

6 Sindicandi postquam elapsus est terminus ad porrigen dū quærelas , solent præsentare eorum petitiones , & instare , quod stāte termino elapso , procedatur ad lecturam quærelarum ciuilium , & contestationem iitis causarum criminalium ; & quandoque petitionem faciunt quærelantes , ut procedatur pro eorum interesse in quærelis expositis , & libellus sic formari posset per officiale fidicandum . v 3.

Forma libelli faciendi per sindicandum , post elapsum terminum .

7 **C**oram N.N. Sindicatoribus electis ad sindicandum N.N. olim Capitaneum , comparet sindicandus ipse , & dicit , quod tempore , quo fuit per comparentem ipsum depositatum officium , fuerunt emanata banda per terram N. rel Ciuitatem , ut quicumque sentiret , vel sentisset se grauatū à sindicando prædicto , comparere debuissent , vel debuisset coram Dominationibus vestris infra terminum tot dierum cum eorū

quærelis , & lamentationibus ciuilibus , criminalibus , & mixtis , cumque lapsus sit terminus prædictus , instat propterea , & petit quærelas amplius non recipi , & receptas post terminum reijci , cef sari , & annullari , & procedi ad lecturam quærelarum ciuilium , & contestationem criminalium , præmissa omni qua decet , protestatione expensarum , & de dictis vacatis , & vacandis , contra quos decet : Non solum isto , sed omni alio modo meliori , &c.

Quæ comparatio porrecta , 8 & præsentata coram Sindicatorib. & Aduario , in ea fit p. eū præsentata , ut supra dictū eit , & notificatur quærelantibus , & habita Nuntij relatione , quod quærelantes fuerunt citati , sindicatores debent interponere decretum tenoris sequentis v 3. Et per mag. N.N. sindicatores visa supradicta instatia , ac visis actis omnibus , stante lapsu termini ad 9 porrigenum quærelas , fuit prouisum , & decretum , quod procedatur ad lecturam quærelarum Ciuilium , & contestationem litiis criminalium , et amplius quærelæ non recipiantur . & receptæ post lapsum termini reijciantur , prout omnia fieri præsenti decreto mandatur , hoc suum , &c. & expediatur monitio in forma ad videndum , & interueniendum ad lecturam quærelarum , & contestandam litem quærelarum criminalium .

De-

Decretum prædictum subscribitur per sindicatores, & per Actuarium scribitur lecta lata, cum annotatione diei, horæ, mensis, & anni. Quibus omnibus peractis, cōficitur monitio in hunc modum, v3.

Forma monitionis ad lecturam quærelarum.

Carolus II. Dei gratia Rex, Regina mater, Tutrix, & Gubernatrix.

N.N. Sindicatores electi, &c. Quoniam mag. Sindicatores electi ad sindicandum N.N. olim Gubernatorem N.N. Terræ, vel Civitatis, &c. stante lapsu termini ad porrigidum quærelas, intendunt procedere ad lecturam quærelarum ciuilium, & ad contestationem litis quærelarum criminalium contra N.N. olim Gubernatorem sindicandum, seruata forma decreti lati per dictos mag. Sindicatores sub die, &c. hora, &c. mense, & anno, &c. Ideo moneantur omnes subscripti quærelantes, et sindicandus, quantum tali die, & hora personaliter, vel legitime compareant coram dictis magnificis Sindicatoribus in domo tali, sita in tali loco assignata ad regendam iustitiam in presenti sindicatu, ad vindendum, audiendum, & interueniendum ad lecturam prædictam, & dictam litis contestationem,

criminalium quærelarum. Cauent de cōtrario, quia alias procederetur ad ea, quæ iuris sunt. Datum, etc. die, etc. mense, etc. & subscribitur per sindicatores, & Actuarium Sindicatorū, & in calce subscribuntur nomina citandorum, veluti sindicandi, & quærelantim sigillatim, & datur Nuntio, ut eos citet, & requirat personaliter, si fieri potest, vel domi, & habita relatione Nuntij, qui eos citauit, etiam per publicum proclama. Statuta die, & hora, Sindicatores debent se conferre ad domum, in qua regendus est sindicatus, & ibi omnes quærelantes cum sindicando se conferre debent, & si compa- ruerint, proceditur ad lecturā omnium libellorum quærelarum ciuilium expositarum, per Actuarium Sindicatorum, alta voce de verbo ad verbum, publicè coram Sindicatoribus in praesentia Sindicandi, & quærelantium. Quibus lectis sindicandus in calce cuiuslibet quærelæ, seu petitionis debet facere suas responsones, & replicare in hunc modum, &c. v3.

12. Sindicandus in lectura quærelæ prædictæ, cum audiuisset tenorem ipsius negat narrara, prout in ea narrantur, & possida, prout in ea ponuntur, & proinde protestatur de indebita vexatione, & molestia, ac de damnis, expensis, & interesse,

N
esse,

resie, dietis vacatis, & vacan-
dis, opponens de iure opponē-
da, exceptiones legitimatio-
nis personæ, iuramenti calumniæ,
cautionis expensarum, alias,
quærelantem expelli, & non
audiri, & hæc responsio, seū
13 replicatio in causa ciuili, dici-
tur litis contestatio, quia per
replicationem partis, dicitur
fieri contestationem li. is: & si
sindicandus in replicatione di-
xerit, vel protestatus fuerit,
quod omnia opposuit non ani-
mo contestandi litem, tunc nō
fit litis contestatio, vt in l. I.C.
de litis cōtestatione, & cap. vni-
eodem titulo, quia per talen-
protestationem non inducitur
litis contestatio, vt est glof. no-
tabilis in d.l. I. C. de litis conte-
statione, sed in hoc, Sindicato-
res possunt prouidere, & facere
14 præceptum sindicando, quod
pure, & simpliciter absq; pro-
testatione lis contestetur, alias
habeatur pro confessu, prout
deterius. Et ista litis contesta-
tio non potest, nec debet om-
mitti, nec tacitè, nec expresse
15 remitti, testatur Paris de Tu-
teo in tractatu de Sindicatu in-
rub. Assessor c. I.n.4.

Dubitatum fuit an in causis
ciuibus in sindicatu requira-
tur ista litis contestatio, cum
certum sit in criminalibus; &
pro responcionedixi, quod i. et
statuta data est certa forma
procedendi, quæ seruari de-

bet, vt dixi supra in prima par-
te, & habetur in l. I. §. qui man-
data, & l. si prætor, ff. de officio
eius cui mandata est iurisdictio.
Vbi autem forma non est data,
recurritur ad Ius commune,
veluti si simpliciter elegantur
sindicatores, recurritur ad for-
mam iuris communis, quæ est,
16 vt detur libellus, contestetur
lis, iuretur de calunnia, & alia
fieri debent, l. prolatam C. de
sententijs alias l. O valeret, quod
actum fuerit, l. I. Cod. vt omnes
causæ tam ciuiles, quam milita-
res Nec obstat id quod dicitur
in §. Necessitatem Auth. vt Iudi-
ces sine quoque suffragio, vbi ha-
beatur quod hodiè in sindicatu
non seruatur ordo iuris, quia
17 illud procedit quando officia-
lis aufugit, notat Innocentius in
cap. fin. de offic. Iudic. Nam fuga
facit officialem suspensum, &
18 contra eum iuris ordinem non
seruari, immò grauius, & rigi-
dus ratione fugæ proceditur.
Vndè officialis, qui post depo-
situm officiū non dat sindicatu,
& absque superioris licentia
aufugit, vbicumque repertus
fuerit, capiatur, & ad terram
in qua exercuit officium duci-
tur, quia impetratur à M.C.V.
litteræ prouisionales de ca-
piendo, immò si finito officio
Capitaneus non paruerit sindi-
catui, seū aufugerit, Baro de-
bet, ad ipsum esibendum, omnia
studiosè persequi, & si facta
dilli-

diligentia, non inuenierit, ad
nihil Baro tenetur Nouarius
de grauam grauimen 280. n. 5.
qui alleg Reg Costan. in l. nullus
n. 55. C. de decurion. lib. 10. Thor.
comp. decis. verb. Baro non teneat-
tur ad exhibitionem tom. 2. So-
lent officiales aufugere ante
redditam rationem, & obten-
tam licentiam discedendi, quā-
do auro vendiderunt iustitiam,
& cognoscunt se dignis pēnis
adijciendos, ut in dicto Auth.
ut Iudices sine quoque suffra-
gio §. Necessitatem, vers. sed
19 etiam ipsos, quia datur vnicui-
que licentia post finitum offi-
cium Iudicem accusare serua-
ta forma nostrae Reg. Pragm.
& habetur in l. iustissimos C. de
officio Rectoris Prouinciae. Eo
enim casu fuga, violentiae com-
paratur l. si quādo C. vnde, etc. ut
debent enim in hoc cum ma-
gna cautela, temperantiaque
20 procedere. De Iudicibus enim
non debet maior esse quærela,
quam iniuria sit grauior, quæ
subiectorum inuidia, quam
commissorū prætia: sæpè enim
qui primo verecundiū deli-
querint, accusati insolentio-
res sunt, & qui occulte antea
21 furati sunt, postea palam latro-
cinantur, vt ait Gesippus de
libello Iudaico. lib. 5. Quamque
rapacitas Iudicū subiectis eo-
rum necessitatem inducat, eo-
rum grauamina in publicum
deferendi Can. inter cetera 10.
qu. 3.

Hinc factum est, quod quān-
do agitur contra officiale
fugientem, non requiritur li-
bellus contra eum, quia fuga
facit ipsum confessum, vt idem
Paris in dicto suo tractatu de
sindicatu in rub. libellus quali-
ter formetur cap. 2. n. 8.

In sindicatu contra officiale
agi potest, vt dictum est crimi-
naliter, & de iure ciuili requi-
ritur libellus, qui est necessa-
rius seruata forma l. libellorum
in fine ff. de accusat. si agatur ci-
uilater, etiam requiritur libel-
lus, ut in Auth. offeratur C. de
litis contest. nisi eaule sint le-
ues, seu paruae, ut in Auth. nisi
breuiores. & in d. § necessitatem,
etiam si agatur criminaliter, l.
leuia ff. de accusat. quia eo casu
poterunt sindicatores summa-
riè interrogare de negotio, de
24 quo agitur, l. vbi cumque ff de
interrogat. action. & si officia-
lis confitetur, statim fit præ-
ceptum de restituendo id de
quo facta fuit confessio, quia
confessus habet pro iudica-
to l. i. C. de confessis, & l. pro in-
de §. i. ff. ad leg. Aquil. sed debet
formare petitiones penes acta
sindicatorum, requirendo A-
ctuarium sindicatorum, vt scri-
bat in actis id, de quo conque-
ritur contra officiale sindicā-
dum, veluti ex eo quod extor sic
vnum ducatum, vel abstulit si-
bi pignus, vel compellit ire
pro seruitijs Curiæ absque sa-

lario, ut idem Paris dicto citato loco num. 11. in fine, & possit Actuarius sindicatorum in hunc modum formare tales petitio-nes in uno libretto. v3.

Die, &c. mense, &c. anno, &c. in terra, vel Ciuitate N. panes acta Curiæ Sindicatorum, & coram Sindicatoribus ad sindicandum N.N. olim Gubernatorum in dicta terra, comparuit N. N. & assertit magnificum Sindicandum tempore, quo exercebat dictum eius officium in d. terra compellisse dictum comparentem ire pro seruitijs Curiæ usque ad talē locum, vel aliquid aliud faciendum, secundum contingētiā casuum, & propterea vacasse per dies tres ad rationem carolenorum trium pro qualibet die, & cum interpellasset pluries dictum sindicandum, & recusasset ei soluere carolenos nouem, instetit, dictum sindicandum cōdemnari, et cogi iuris, et facti remedijs opportunis, & in fidem, &c. & hec petitiones firmatur per actuarium sindicatorum, cum de minimis nō curet pre-tor: Nam minimæ, & breues dicuntur à duobus Augustali-
bus infra, ut dicit Affl. ins. Constitut. Regni, quæ incipit, dilationes; & duo Augustales sunt triginta Caroleni, Glos. in d. Auth. nisi breviores C. de sen-tentijs ex brevib. recit. & idem Paris in verbo officialis c. 3. n. 4. nam si in istis modicis causis,

modiceq; quantitatib; procede-retur ordinariè in scriptis, Gram. cons. 50; dicit, quod plus partes impenderet, quam esset fors principalis, quod evitan-dum est, habeatur in l. Mediter-raneæ C. de annon, et trib lib. 10.

26 In istis enim causis semper sin-dicatores habent arbitrium re-ducenti partes ad pacem, & concordiam, & in dubijs diui-dere differentias, & res pro medietate, Boerius dec. 142. nu. 39. et dec 155. n. 27. ex eo quod

27 debemus amare proximum, sicut nosmetipsos Can. debet homo qu. 4.

28 Libellum quærelarum cri-minalium non leguntur publi-cè, & palam, ut dictum fuit in libellis causarum ciuilium, sed secrè examinatur sindicādus, dū tāquā principalis inquisitus interrogatur super quærelis contra ipsum expositis. Verū sindicandi non solum solēt ne-gare posita in quærelis; sed multas solent opponere excep-tiones; v3. de inceptitudine libelli, vel quod causa sit mere ciuilis, et ciuitè declarari petunt, cautionem expensarum, & multas alias exceptiones, &c.

De prima exceptione vide-
29 licet de inceptitudine libelli, certum est, quod in causis ci-vilibus non requiruntur solē-nitates l. libellorum, sed in criminalibus non debent omit-
ti.

ti , cum formandus sit libel-
lus iuxta formam d.l.libellorum
ff.de accusat. & describendę sūt
omnes sollemnitates, & circū-
stantiæ , vt testatur *Clarus in*
sua Praxi Criminali q. 10. vers.
suas etiam, & q. 12. vers. Pra-
 30 *terea . Nec fuerunt prædictæ*
sollemnitates sublatæ in crimi-
nalibus per cap. detestantes , sed
solum in ciuilibus, licet in cri-
minalibus procedatur ad in-
star ciuilium per l. *Absentem*,
ff.de pænis ; quia sollemnitates
prædictæ in criminalibus sunt
de substantia libellorum, & cō-
tent probacionem criminum
ex parte actoris, locus, & tem-
pus est necessarius, & poni de-
bet , etiam ad fauorem rei , vt
melius possit suam causam de-
fendere *Bal. in l. cum fratrem ff.*
de his, quibus ut indign. & ratio-
ne incertitudinis in criminali-
bus libellus sine sollemnitati-
bus non procedit, & tamquam
ineptus potest per officiale-
rejci; nec potest mutari, nec
 31 per libellum ineptum conte-
statur lis , nec interrupitur
præscriptio, l. *accusatus ff.de ac-*
cusationibus adducetam per Pari-
dem de Puteo in suo tractatu de
sindicatu officialium, in verb. sē-
tentia cap. 5. vbi nu. 2. habetur,
quod sollemnitates legis libel-
lorū , fuerūt introducta fauore
Rei, vt dictum est, & multa alia
 32 ibi per eum adducta, etiā Reo
non opponente iudicium red-

ditur nullum, & potest pronun-
ciare non esse procedendum ,
& ita fuisse iudicatum per Do-
minum Garrabam in suo tracta-
tu de *sindicatu p. 2. n. 6.* in causa
Capitanei Terræ Spinæ , &
Bart. Soccin. conf. 146. incipit,
viso processu 7. col. in 1. p. dicit,
quod si locus fuerit appositus
indeterminatus , si possit locus
declari substatetur, alias nō,
& in hoc videndus est omnino
idem Paris in dicto suo tracta-
tu, eodem supra citato loco, &
in fine ponit pulchrum dubium
de eo, quid dedit libellum sine
prædictis circumstantijs, & fuit
oppositum de ineptitudine li-
belli; tamen in iudicio si fue-
rit probatum de substantia de-
lieti, dicit, quod Reus est pu-
niendus , nisi probauerit con-
trarium .

33 De exceptione , quod causa
sit merè ciuilis, debet fieri di-
scussio cum consultore, & cita-
ri partes quærelantes , seruata
forma legis de unoquoque, pre-
via monitione ad dicendum, &
allegandum coram Consulto-
re; qui consultor cum sindica-
toribus si iustum videbitur, cri-
minales declarare debent
ciuiles, & forma decre-
ti, ita fieri pos-
set. v. 3.

In Dei nomine Amen.

Et per subscriptos DD. Sindica-
tores de voto V.I.D.N.N.or-
34 dinarij consultoris electi in dicto
sindicatu, visis videndis, conse-
deratis de iure considerandis, ac
auditis partibus, fuit prouisum,
&c. decretum, quod suspensa
criminalitate, agatur ciuiliter,
& ita prouisum hoc suum, &c.
& sit lectum latum, prout in
alijs decretis. Habetur in l. I. §.
qui pecora, in verbo remitten-
dus ff. de ambig. & cum fuerint
declaratæ ciuiles, proceditur
in illis sicut in ciuilibus.

35 Quibus, quærelantes tenen-
tut adimplere dilatorias excep-
tiones, & præstare cautionem
expensarum, idest de reficiēdis
expensis in casu succumbentie,
si petitum fuit per sindicādum,
vel per eius legitimam perso-
nam, ut per Foller. in sua Praxi
Criminali, in rub. Audiantur ex-
ceptiones n. 13. & in Auth. gene-
raliter C. de Episc. & Cleric. &
fit decretum, quando opponū-
tur in hunc modum. v3.

Et per subscriptos DD. magni-
36 ficos Sindicatores visis supradis-
ctis instantis replicatis, & pro-
testatis per mag. sindicandum,
fuit prouisum, & decretū, quod
supradictus NN. quærelans infra
tot horas, seu dies adimpleat, &
præstet petitam cautionem expē-
sarum, alias termino elapso pro-

nidebitur, quod amplius non
audiatur, & habeantur pro de-
sistentibus, prout notat. Caran.

37 Ritu 202. num 5. & Foller. in d.
citato loco num. 7 vsque ad 8. &
reddit rationem, quia qui non
instat quotidie accusationi, nō
dicitur accusasse, citat Bart. in
l. cum qui §. 1. ff. de iure patr. &
fideiussio ita formari possit. v3.

Die, &c. hora, &c. mense, &c.
Anno, &c.

Personaliter constitutus penes
acta Sindicatorum NN. qui
sponte, non vi, dolo, &c. sed om-
ni meliori via, & modo, & om-
ni suasione cessante, promisit, &
se obligauit soluere, et reficere
omnes, et quascunque expensas
erogatas, et erogandas in casu
succumbentie in supradicta quæ-
rela denegata iustitia, vel de alijs
etc. exposita per NN. contra
NN. olim Gubernatorem, Sindi-
candum, necnon se obligauit, et
iurauit non calumniari, nec ca-
lumniosè agere in causa, et quæ-
rela predicta, et pro obseruan-
tia omnium prædictorum pro-
missorum, ad maiorem cautelā,
et securitatem prædicti magnifici
sindicandi, obligauit se ipsum
principalem, nec non dedit, et
posuit in eius fideiussorē, et prin-
cipalem obseruatorem N. de N.
præsentem, et sponte fideiubentē;
qui quidem NN. insolitum cum
d. NN. principali se obligauit
velle

velle teneri ad omnia , et singula
promissa per dictum principale ,
et insolidum velle reficere expē-
sas in casu succumbentie , et ritē ,
et rectē agi facere , non calum-
niari , nec calumniosē agi facere ,
quia sic , etc. renunciando benefi-
cio l. prime , et principali ff. et C.
de conueniendo , et compellendo ,
Epistol. D. Adriani Auth. præse-
te , et l. sancimus de fideiussori-
bus , et mandatoribus , et omni-
bus alijs legibus dictantibus in-
fauorem fideiussorum , ac omni
legum auxilio , et proinde obli-
gauerunt se ipsos in solidum hæ-
redes , et successores , bona eorum
omnia sub pœna , et ad penam
dupli , medietate , etc. cum po-
testate capiendi , constitutione
præcarij , et ita se obligauerunt ,
renunciauerunt , et iurauerunt in
forma , etc.

Quæ debet stipulari per A-
ctuarium sindicatorum , & de-
nique subscribi per partem , qui
præsttit cautionem , & fide-
iustores , & si nesciant scribere ,
per signum Crucis se subscri-
bant . Deniq; Actuarius dicit
Talis de tali Actuarius stipula-
uit , & te subscriptis . Et si quæ-
relantes non præstiterint dictā
40 cautionem in termino præ-
fixo , & non legitimauerint eo-
rum personas , si nomine alieno
comparuerunt , nam , qui no-
mine proprio comparet , non
tenetur legitimare eius perso-
nam , vt dixi in meis obserua-
tione-

nibus , ad Praxim Domini An-
dreæ de Iernia . Fit decretum ,
quod ex quo in termino præfi-
xo quærelantes non curauerūt
præstare cautionem expensa-
rū , & legitimare eorum perso-
nas , quod habeantur pro sub-
stinentibus , & amplius non au-
diantur , prout Caran. rītu. 202.
num. 5. vbi reddit rationem , ve-
litum sit finis .

Si verò fuerit adimpletum
ex parte quærelantium , Sind-
41 catores possunt statuere , &
dare terminum ad probandum ,
& non solum ad probandum ,
sed probatum habendum ; nam
propter breuitatem instantiæ ,
possunt omnes termini cumu-
lari , secundum Bald. in l. prope-
randum in principio C. de Iudi-
eis , & omnes termini prædicti
funt peremptorij , l. fin. l. oratio-
ne § fin. ff. de furtis , & maximè
quando assignatur terminus ad
probandum , & probatum ha-
bendum , post terminum non
admittitur probatio , vt in cap.
pastoralis de exemptibus testa-
tur Amodeus in d. suo tractatu
de Sindicatu n. 229. & 183. in
fine , dicit , quod neque de con-
42 sensu partium prorogari ; &
ibi dat cautelam , quod partes
vno momento possunt omnia
acta replicare , & citat Glos. in
l. mutari , ff. de procurat , & dicit
esse mentitenendum , &c.

Formari posset Decretum
in hunc modum. v3.

Et per subscriptos magnif. N.N. Sindicatores, statibus dilatorius adimpletis, fuit prouisum,
43 et decretum, quod concedatur supradicto quærelanti terminus dierum duorum ad probandum, incumbentia in supradicta quærela, qui terminus sit communis etiam sindicando ad probandum suas exceptiones, et ita prouisū, etc. Qui terminus postquam fuerit subscriptus, & interpositum lectum, latum, &c. datur Nuntio, ut citet tam quærelantes, quam sindicandum, & statim expeditur citatio ad testes, ut in termino prefixo recipi, & examinari possint, & fieri posset in hunc modum.
v3.

Forma citationis ad testes.

Demandato Curię Sindicatorū, etc. Iuratis, et seruientibus nostris, etc. ad omnem instantiā, et requisitionem N.N. sine, etc. citatis, moneatis, et requiratis subscriptos homines, et personas Terrae N. et quatenus sub pena ducatorum decem per quemlibet Regio Fisco, etc. prima die iuris compareant, et quilibet ipsorum compareat coram nobis, hora, etc. in tali domo iuxta tales fines nobis assignata ad regendam in-

stitiam in presenti sindicatu ad deponendum, et prohibendum testimonium veritatis, super quibus fuerint examinati, et praesertim super libello quærelæ expositæ per dictum N. de tali contra dictum sindicandum, vel super articulis praesentatis, etc. in dicta causa, seu quærela; necnon citeatur dictus N.N. sindicandus, vel eius Procurator, ut in eodem, termino compareat ad videndum iuramenta testimoniū prædictorum examinandorum, caueant de contrario, aliis. etc. citentur, etc. referantur, etc. Datum, etc.

Quia si agitur sindicatus per Procuratorem sindicādi, opus est, ut citetur Procurator, cum sint Procuratores Domini litis, prout voluit Bart. in l. Procuratoribus, C. de procurator. & etiam ipse principalis l. iuris iurandi C. de testibus alias depositiones testimoniū essent nullæ, l. si quando C. de testibus, et cap. 2. eodem tit. Roman. conf. 192. nu. 3. 46 & si examinandi essent testes ad instantiam sindicandi, etiam essent citādi Procuratores quærelantium, & ipsi principales piura supra allegata, quā seruanda sit æqualitas, ut dictum est in prima parte; Et testes in sindicatu sunt examinandi in secreto, unus post alium, ut in cap. inquisitus extra de accusat. & coram sindicatoribus, qui subscribere tenentur depositiones testimoniū ad tollendas fraudes,

- vt Clarus in sua practica crimi-
nali q.53. vers.5. est casus in fine.
 47 Nec citatio praedicta ad te-
stes potest omitti, & ad partes
ad videnda iuramenta testium,
quia pars s̄e p̄ posset obijce-
re, quod iurauerunt, & fuerunt
examinati nulla parte præsente,
neq; citata parte iurauerunt,
 48 quia actus non valeret d.l.iuris
iurandi C.de testibus, & cap. si
quando, eodem tit. eodemque
modo audiri debetur substitutū
à procuratore ad videndum iu-
ramentum testium, aliter a nul-
litate non eximitur, Reg. Ro-
uit. ad Prag. 9. de ord. Ind. n.20.
Gallup. Prax. Sac. R. C.p.2.c.25.
n.5. vers. & nūc, Petra in Rit. M.
C.V 145.n.13. & debet reddere
causam scientiæ, alias non pro-
bat, vt notat Innocentius in c.
cum causam de testibus; nam
testis debet testificari veritatē
 49 de eo, q̄ vidit, vel audiuit, nō de
eo, q̄ sibi videtur de iure, quia
esset cōtra eius officiū, & po-
tius esset officiū Iudicis, & testis
nō debet audiri in Iudicē, sed in
testim, quia testis debet red-
dere suum testimonium rudē,
 50 & simplicitē, prout ipse de
facto nouit, vt in l. stipulatio ista
g.hoc quoque ff. de verbis. oblig.
 51 & tenetur testificari, & dice-
re veritatem pro vtraq; parte,
quia testis depositio integrā
scribenda est, etiam contra
Fiscum', dicit Carau. Rit. 235 n.
 3. vbi habetur, quod male
faciunt Actuarij in capiendo

informationes, quando testis
nominat inquisitum Domum
talem, vel fratrem tales, omit-
tunt illud Dominum, vt in pro-
cessu non appareat, habetur in
l.solam.C.de testibus. ita testatur
Franchus decif. 222. num. 7.
Capycius decif 39.num.2. Sicque
Actuarij debent scribere purā,
& purissimam veritatem, prouis
 52 *testis deponit, integrē, & ne*
dāmnen animas eorum, alte-
rando dicta testium. Adeſt etiā
*Reg. Pragm. 6. de Actuarijs scri-*bis, & de eorum salario, & prag.**
*6 s.4. de officio magistri iustitia-*rij, & pragm. 21. s. 8. eodem tit.**
& pragm. 29. s. 50. eod. tit.

53 Praedicta citatio ad testes nō
solum requiritur in causis, &
quærelis ciuilibus, sed etiam in
criminalibus, quia examinato
sindicādo super criminali quæ-
rela, & facta litis contestatio-
ne, datur terminus sindicando

54 ad se defendendum, parti que-
relanti, & n̄ se ad impinguā-
dum; debent sindicatores dare
sindicando inquisito copiam
capitulorum, vt valeat, & pos-
sit faciliū se defendere, & Ca-
pitula sunt illa, quæ eliciuntur
ex probationibus existentibus
in processu contra inquisitum,
prout hodie in hoc nostro Re-
gno est generalis practica,

55 & vbiq; seruatur, quod non
datur inquisito copia reperto-
rum, nisi prius inquisitus faciat
declarationem formiter, quod
habet testes Curiæ prolegiti-
O mē

mē citatis, examinatis, & repe-
titis; & in hoc est videndus Pa-
ris. de Put. in dicto suo tractatu
de sindicatu in verbo inquisitio
cap. 2. incipit; & aduerte, in
principio, vbi habetur, quod
hodie sit communis stylus, &
petitio fieri in hunc modum.

v. 3.

**Forma libelli petendi copiam
repertorum.**

Coram Magnificis DD. NN.
Sindicatoribus comparet N.
56 de N. *sindicandus*, & dicit, repe-
rirri inquisitum de criminе N. ad
quærelam N. de N.; & cum super
quærela præd. Et a fuisset exami-
natus, & deposituisset ea, quæ re-
ra sunt, & fuisset etiam ei lis co-
testata, & concessæ defensiones,
& si posset confidere in sua con-
scientia, tamen ad evitandum
evitanda, & ad finem ut possit
deliberare si sint sibi necessarie,
& melius possit suas formare de-
fensiones, petit copiam omnium
repertorum sibi tradi, & conce-
di, habendo, prout habet testes
Curiæ pro citatis iuratis, legiti-
mè examinatis, & requisitis; &
interim protestatur, quod termi-
nus non currat, salvo iure repul-
se omni modo meliori &c.

Sindicators in calce dictæ
comparationis debent facere
57 decretum fore concedendam
omnium repertorum copiam,
id est copiam totius inquisitio-

nis. Si verò *sindicandus* non
facit prædictam declarationem,
debet citari *sindicandus* ad de-
clarandum an velit habere te-
stes pro Curiæ informatione
receptos, pro ritè, & rectè
examinatis, & si dixerit quod
non, tunc est facienda ci-
tatio prædicta ad testes, & ci-
tandus est inquisitus, illos repe-
ti cum iuramento infra termi-
num in citatione ponendum;
testibus verò comparentibus
coram *sindicatoribus*, & actua-
rio, præsentie inquisito, si com-
paruit, vel citatus si non com-
paruit, defertur iuramentum
veritatis dicendæ, & interro-
gari debent testes prius super
58 interrogatorijs per Reum da-
tis, quia solent quandoque Rei
inquisiti præsentare interroga-
toria, & instare, quod prius te-
stes interrogentur super eorū
interrogatorijs, postea repe-
tere super examine per ipsum
testem factō, & ut melius à Ty-
ronibus intelligatur ponam se-
quentem formulam v. 3.

Die &c. mense &c. hora &c.
Anni &c. in Terra N. & coram
sindicatoribus &c. N. de N.
Terræ talis, ætatis suæ annorū
&c. testis alias, pro Curiæ in-
formatione examinatus super
præsenti informatione, quæ-
rela, toto factō, & causa, qui
iterum sibi delato iuramento
veritatis dicendæ super dicta
informatione, prout iurauit ta-
ctis

deis scripturis coram N.N. sindicando; vel alio inquisito, & primo super interrogatorijs præsentatis per dictum inquisitum, super primo interregatorio, respondit; & omnia quæ respondit testis per Actuarium sindicatorum scribantur per extensum vulgariter, prout per dictum testem dictantur; & sic fieri super omnibus interrogatorijs præsentatis per sindicandum inquisitum. Rinitis interrogatorijs continuatur examen hoc modo vñ. Interrogatus an alias fuiti examinatus per Curiam ipsam pro causa predicta, & scribantur responsa. An ea, quæ alias depositit in alio eius examine sub die, &c. loco, etc. coram, etc. sint verae et illa pro veritate dixerit, et deposuerit? respondit &c.

Et inuenient examine, seu depositione de mandato DD. sindicatorum, vel Iudicis, per me infrascriptum Actuarium, quæ incipit &c. sibi lecto de verbo ad verbum, ut iacet, per ipsum testimoniū bene auditio, & intellegito, ut dixit, & finitur &c. respondit, & dixit Signore quello, che m'hauete letto hora, è il mio esame, & quanto si contiene in esso, è stato detto, e deposito da me, & il tutto confermo, ratifico, & affermo essere la pura verità.

Interrogatus an intēdat aliquid addere, vel detrahere de-

dito eius examine. respondit Sign. io nō ci hò che aggiungere, né diminuire cosa alcuna a detto mio esame, seu depositione, né quello revocare in parte alcuna, anzi ogni cosa approvo per vero, fin come per tale lo ratifico in tutto, e per tutto &c.

Et sic DD. sindicatores pro tribunali sedentes acceptatis &c. iusserunt testes subscripti ibi &c. & subscribantur &c. & sic fieri in repetitione cuiuscumque testis, legendo uniuicue testi depositionem suam separatim ab alijs testibus in secrete, ne unus depositio per alijs fabricetur. Dixit Follierius in sua praxi criminali rub. & demum repetantur testes n. 4. & de materia repetitionis testimoniū, est omnino videndus dictus Follierius, qui latè examinavit materiam predictam.

59 Dubitari posset cuius nā expensis fieri debeat repetitio testimoniū, fisci, seu querelantis, an verò Rei inquisiti? & in hoc licet variæ sunt Doctorum opiniones, tamen ego considerarem, quod si Reus inquisitus in repetitione testimoniū facit eos interrogare super suis interrogatorijs, dicere, quod habitatione expensarum, quæ fiunt occasione dictarum interrogatorij, reis inquisitus teneatur ad expensas pro sua portione concurrere, ex eo quia dicta interrogatoria ad Rei commo-

dum vergunt, & pro eius beneficio testes interrogantur. absurdum enim videretur reū commodum sentire, quia non habuit testes pro ritè examinatis, causa interrogandi eos super eius interrogatorijs, & Fiscus onus expensarum sustinere l. secundum naturam, & ibi 60 Dec ius, ff. de regulis iuris, quia dupli onere grauaretur Fiscus, fieri non debet, l. cum proponas, l. si quis maior, l. Vbi pactum, C. de transact. Si vero repetitio fieret ad instantiam Fisci, qui vult ut corum depositionibus, tunc repetuntur expensis Fisci, alias non habent testes fidem facientes.

Et ulterius per ea, quæ testatur, Follerius in dicta sua Praxi criminali in rub. recipiatur defensiones rerom num. 32. Dicebatur, quod non debent admitti interrogatoria danda per inquisitum, ex eo, quia inquisitus habet repulsam; & ita etiam voluit, Clavis quest. 23. num. 3. quod mihi videtur posse habere locum in iudicijs, in quibus multæ concedantur dilationes, quod secus est in hoc iudicio sindicatus, propter breuitatem instantiæ termini, & dilationes restinguuntur, & possunt simul cumulari plurimi termini, ut dictum est supra, & ideo in hoc iudicio sindicatus admitti debere interrogatoria, & super illis testes.

examinari, & si non examinarentur, & repeterentur, instante reo, nullam fidem facerent, testatur Hoveded. conf. IOL. num. 28. lib. 2. & ita suadet ratio de iure communi, in l. si postulauerit, s. questioni, ff de adulterijs, & Angelus Aretinus in l. mal. in verbo fama publica in 3. col.

Cum in prima parte dictum fuit, quod sindicatus sit expedientum totius iustitiae à Sindicando administratæ tempore sui officij, & de iustitia, & iniustitia apparere potest in scripturis, & processibus actitatis, solent quandoque, vel ut plurimum quærelantes facere probationes de grauaminibus, sibi illatis per scripturas, & processus prædictos, & propria coram sindicatoribus prohabendis scripturis, & processibus prædictis actitatis coram sindicando tempore sui officii, instare pro exhibitione illorum, ut mandent Actuario, pœnæ quam præsumuntur reperiri ex iuriis dispositione, vel novo Officiali, ut exhibeant, & possent formare libellum, in hunc modum, licet aliam formam ponat Dom. Garrabba, v. 3.

Forma libelli.

Coram Mag. N. N. Sindicato-ribus ad sindicandum N. & N. olim Gubernatorem, seu Ca- pita-

64 taneum Terræ , vel Ciuitatis
N. &c. compareat N. N. & di-
cunt qualiter comparantes ipsi
exposuerunt plures querelas cō-
tra prædictum sindicandum di-
uersorum dictorum ; & quia
ad probandum delicta in quare-
lis contenta necesse est , ut exhibe-
antur scripturæ , & processus
fabricati coram dicto sindican-
do tempore , quo exercebat offi-
cium Capitaneatus in dicta Ter-
ra , et signanter tales scripturæ ,
seù processus in tali , et tali cau-
sa , quæ omni iure presumuntur
reperiri in Curia pœnis Actua-
rium N. Curia Terræ prædictæ ,
siue hodiernum Dominum Gu-
bernatorem ; propterea petunt
dictos detentores dictorum pro-
cessuum dictarum causarum , cogi-
et compelli iuris , et facti reme-
dijs opportunis ad exhibēdos mē-
tationatos processus dominationi-
bus vestris , ne retardetur cur-
sus iustitiae in sindicatu prædi-
cto , offerentes offerenda , prote-
gatione præmissa de recuperan-
do à sindicando in casu succum-
bentiæ , non solum isto , sed om-
nialio meliori modo , etc.

Qua petione præsentata ,
ex eo , quod dictum fuit , quod
Sindicatores sunt Regij Offi-
ciales , & habent iurisdictionem
cum meo , & mixto imperio
à Rege concessio , vigore Reg.
Pragm. Regiae dignitati tit. de
Sindicatu Officialium , & Paris
de Euteo in suo tractatu de Sin-

dicatu rub. de officio Sindicato-
rio , in verbo Indices cap. I. n. 9.
& in Auth. vt Indices sine quo-
que suffragio , pro habēdis pro-
cessibus prædictis possunt face-
re prout tenentur Regiū māda-
tum , seù prouisionem in calce
dictæ petitionis , ut habetur per
65. Dominum Carrabam , in hunc
modum , v. 3.

Carolus II. Dei Gratia Rex , &
Regina Mater , Tutrix , &
Gubernatrix. N. de N.
Sindicatores , &c.

Ad omnem instantiam , & re-
quisitionem prædictorum
quarelantium , siue , &c. mande-
tur N. de N. Actuario Curie
Terræ N. ac Mag. N. Capitaneo
Terræ prædictæ detentoribus sub-
scriptorum processuum , subscripto-
rum causarum , quatenus sub-
pœna vinciarum auri 25. quoque
per quemlibet Regio Fisco , &c.
casu contrar. per totum hodie-
num diem exhibere debeant , &
quilibet ipsorum beat , & ha-
beat corā nobis , subscriptos pro-
cessus , subscriptorum causarum ,
salario iusto mediante summarie
per nos taxando , ut possit in Sin-
dicatu talis sindicandus de In-
filitia prouidere , aliis , &c. ci-
tentur , & referantur . Datum
in Terra N. vel Ciuitate . Die
&c. mense , &c. hora , etc. et
anno , etc. Firmata prouisione
prædicta per Sindicatores , &
Actua-

Actuarium, in calce describū-
tur nomina processus causātū.
Actuarij, & officiales intimā-
di, & intimata prouisione præ-
dicta, si negauerint processus
prædictos reperiri in eorum
66 posse, debent Sindicatores ad
eorum instructionem capere
summariam informationem, &
examinare duos, vel tres
testes ad conuincendos eos de-
mendacio, & habere proces-
sus prædictos fabricatos per
dictum sindicandum tempore
sui officij; & in examinandis
testibus prædictis, non requi-
ritur citatio ad testes, & ad ve-
dendum iuramenta testimoniū,
prout dixi. *Bal. n. 1 si qua per*
calumniam, rer/ sed pone, C. de
Episcopis, et Clericis. Quia
informatione capta, & con-
stituta, citantur detemptores
ad solvendam poenam in-
mandato contentam Regio-
Fisco; & denique condem-
nantur pro spredo manda-
to, & certioratur Perceptor
prouentuum Regij Fisci,
quia Sindicatores possunt non
solum testes carcerare, multa-
re, & punire, vt voluit *Bos-*
sius in tit. de foro competentiā.
67 Sed etiam omnes transgresso-
res; & sic Officialē, & Actua-
rium detentores processuum,
quia alias iurisdictio Sindica-
toribus concessa esset inanis,
& delicta non debent remane-
re impunita, l. Item vulnera-

tus, ff. ad l. Aquil. et l. Congruit,
ff. de officio Praesidis. Si vero
fuerint processus exhibiti cor-
rā sindicatoribus, sunt Actua-
rio restituendi, relicta copia
in actis Sindicatus, salario me-
69 diante taxando per Consulto-
rem sumptibus succubentis,
prout voluit dictus Dom. Gar-
rabba in suo tractatu de Sinda-
cato p. 1. n. 138.
Si quærelantes vellent fa-
cere probationes per testes nō
de grauaminibus illatis, quia
grauamina possent iustificari
ex actis, sed pro extorsionibus
vel furtis, ex eo quod proba-
tiones debent esse luce meri-
70 diana clariores, debent Sindi-
catores illos citatos, vt supra
examinare, & eorum deposi-
tiones in scriptis redigere; &
debent aduertere, quod multi
sunt, qui repelluntur a testi-
monio contra Officiale in
Sindicatu, & non dicuntur
71 idonei testes, propter quam
plures defensores, ex quibus
prorsus iure merito veniunt
repellendi, vt per Mars. singul.
383. Cephal. consil. 169. nu. 16.
et cons. 208. num. 9. Et priuō
inquisiti, & incarcerati; nam
72 si Officialis tempore sui Offi-
cialij fecisset aliquid incarcerari;
non esset idoneus testis contra
eum in Sindicatu, quia præsu-
mitur odiosus, & consequen-
ter repellitur a testimonio, vt
in Auth. de testibus, q. si vero
odio.

*odiosas ; & ita voluit Bal. in
l. si ipsius, Cod. fam. Erciscudæ,
Decius conf. criminali q.n.2.*

*Similiter repellitur etiam
inimicus Cap. per tuas el. 2. de
73 simonia, et l. licet, ff. de arbit-
tris, & non solum qui est ve-
re inimicus, sed etiam putati-
us apud vulgar. Doctores in
l. Athletæ, §. dat remissionem,
ff. de excusationibus tutorum,
etiam ille, qui habet causam
inimicitiae. Innocentius in cap.
cum T. A. de re iudicata, etiam
suspectus de inimicitia.*

*Item ille qui habitat enim
inimico, repellitur consan-
74 guineus quæ clantis, quia
detrahit fidem, l. ex Cornelio
in principio, ff. de iniurijs, quia
testes consanguinei querelæ
tum consentur in causa pro-
pria testificari, ex vulgata illa
legali regula, quod iniuria
facta vni ex consanguineis, om-
nibus de consanguinitate facta
videtur, ut Bal. in dicta l. Cor-
nelia.*

*Item non admittuntur me-
diatores, qui dixerunt portasse
& dedisse pecuniam Officiali,
ex eo quod faciant se crimin-
osos, & reactant de se exonerā-
do, immo repelluntur, l. deferre,
§. idem decreuerunt, ubi Bart. ff.
de iure Fisci Castrensi conf. 301.
ultimo dubio, lib. 1. & isti di-
cuntur deponere in causa pro-
pria, cum commodum, & in-
commodum possit ad eos per-*

*tinere ex tradita, per Bald. conf.
227. lib. 5. quia potuerunt con-
vertisse pecuniā in usum pro-
prium, & postea falso modo
calumniari Iudices.*

*Mediatores an possint esse
testes in contractibus per eos
76 celebratis Panorm. in c. ex lit-
teris, de transactionibus, dicit,
mediatorem alicuius contra-
ctus describi posse in testem in
instrumento contractus, non
autem via voce testificari, no-
tatur etiam in cap. 1. de testi-
bus lib. 6. & ratio diversitatis
est, quia in instrumento de-
scribitur de consensu utriusque
partis, & tollitur suspicio pro-
pter fidem; nam testes exami-
nandi contra officiales in fin-
77 dicitu debent esse omni ex-
ceptione maiores, ut pluries
dictum sit, & superare om-
neni fruolam exceptionem,
ut dicit, Albericus, et Bal. in
l. optimam, C. de contrahendæ,
et committendæ stipulatione gl.
in cap. 1. de consanguin. et affini-
tate, quia cum pro officialibus
satis iura præsumant, requiri-
tur, quod probations sint le-
gitime contra eos faciendæ, &
testes debent esse optime opi-
niones, & conditionis electæ.
Gram. conf. crim 39. num. 37. et
38. & cum affirmetur testem
esse participem criminis, non
potest dici omni exceptione
maior, & optimæ opinionis,
& conditionis electæ. Alex.
conf.*

*conf. 89. num. 3. vol. & de plena,
& optima opinione testimoniū
est articulandum, & probandum
idem Gram. eodem loco citato.*
Imò Iudex, debent Sindicato-
res se bene informare de con-
ditione, & qualitate testimoniū;
*78 quia Iudex ad nihil aliud fuit
inuentus, nisi ad inuestigandā
veritatem, ex Gram decis. 34.
num. 2. & decis. 45. n. 14.*

Postquā testes fuerunt ex-
aminati, & factæ probationes,
tām ex parte quærelantium,
quam sindicandi, & elapso ter-
mino dato ad probandum, so-
*79 lent partes instare, quod fiat
publicatio, quia ut dictum est
supra, & testatur, Amodeus in
dicto suo tractatu de sindicatu
num. 219. vers. an autem, est de
substantia iudicij, & necessa-
ria etiam in causis summarījs,
& in illis in quibus proceditur
sine figura iudicij, dummodo
petatur, alias si non petatur,
nō esset necessaria publicatio,
ut dixi in meis obseruationibus
*80 ad praxim iudicariam Domi-
ni Andree de Isernia cap. 6.
num. 7. Manifestatio facta par-
tibus de dictis testimoniū exami-
natorum in iudicio, & sit tri-
plici respectu, Primo, ut ma-
nifestentur partibus dicta te-
stimoniū examinatōrum, & vi-
deant, & considerant an bene,
vel male deposuerint ad finem
eos repulsandi; secundo, ut
dicta testimoniū faciunt fidem,**

*l. gesta, C. de re iudicata, quia te-
stes non publicati non faciunt
fidē, & ita tenuerāt cōmunitē
DD. Imò Iudex non debet pre-
stare fidem attestatiōibus te-
stimoniū non publicatis, cum eas
non habeant ex iuris disposi-
tione, quæ vult, ut sint publi-
catæ, Alex. conf. 82. n. 23. lib. 3.
Tertio, ut seruetur ordo iudi-
ciarius, quia publicatio est
de ordine iudiciario. Bart. in
l. Prolatum, C. de sententijs, et
interloquitorij, de duobus
primis est habenda ratio in
hoc iudicio sindicatus, de ter-
tio vero in iudicijs ordinarijs.
Effectus autem publicatio-
nis est ad præcludendā viam
*81 producendi alios testes prop-
ter præsūptum timorem su-
bornationis. Dixi etiam in di-
ctis meis obseruationibus eodem
citato loco, & Follerius in sua
Praxi criminali in rub. fiat pu-
blicatio num. 2. dicit, quod in
criminalibus non possunt re-
cipi testes ad offensam, sed so-
lū ad defensam post publi-
cationem, & in causa sindica-
tus, publicatio prædicta requi-
*82 ritur in qualibet causa, seu
quærela, prout terminus, cita-
tio ad testes, ex eo quia, quo
sunt quærelæ, tot sunt summæ,
& quo sunt summæ, tot sunt
sententiæ, l. scire debemus, ff.
83 de verborum obligat., etiam si
una ex partium petierit facere
declarationem circa ysum, te-
netur***

netur in qualibet causa ciuili, non autem in criminali quærela Anna alleg. 2. prout non requiritur conclusio. Nec possunt partes in hoc iudicio sindicatu recurrere in defectum semiplenæ probationis ad iuramentum suppletorium, dicitur dictus Amodeius in d. suo tractatu de sindicatu num. 187. ex eo quod causæ sindicatus sunt odiose, propter quod unumquodq; tale, & illud magis; testatur Paris de Puteo in dicto tractatu de sindicatu in verbo Probatio cap. 2.n.4. quia probationes in sindicatu debent esse euidentes, & potest in hunc modum peti publicatio, v3.

Forma Libelli in petitione publicationis.

85 **C**oram Mag. N.N. Sindicatoribus electis; & deputatis ad sindicandum N.N. olim Gubernatorem, seu Capitaneū Terræ, &c. comparet N.N. Et propriè pñes acta quarelæ per comparentem ipsum expositæ contra dictum sindicandum de illicita extorsione, vel de alijs, &c. Et dicit, quod cum in termino sibi praefixo per dictos Mag. Sindicatores presentasset eius articulos, & super illos produxisset, & examinari fecisset plures testes, ex quibus credit satis probasse eius iura, instar

propterea fieri probationem in causa, & quærela predicta alias protestatur, non solum isto, sed omni modo alio meliori, &c.

Qua comparitione porreßta, fit præsentata, prout dictum fuit de alijs comparitionibus, & in calce fit intimetur, & datur Nuntio ad intimandam, quia publicatio, cum inducat præiudicium, ut ex ea possent partes lædi, ut in dictis meis observationibus, eodem citato loco probatum fuit, debet fieri partibus præsentibus, vel una parte præsente, & altera citata, seu contumace; & si ad primam simplicem petitionem fieret contra formam l. de unoquoque, ff. de re iudicata parte inaudita, vel non citata, non valeret; Ideò in prima petitione fit intimatio, postea parte citata fit publicatio mediante decreto interloquitorio, ut Caruit. Ritu 74.nu.2. & posset sic formari decretum publicationis, v3.

Et per Mag. DD. Sindicatores fuit prouisum, & decretum, quod in præsenti quærela. Et causa fiat, prout fit solemnis publicatio, cum termino trium horarum, &c. ad percūtandum acta, vel ad recipiendum copiā processus, si voluerint, prout præsenti decreto publicatio prædicta fieri mandatur hoc suum, &c.

Publicatio prædicta intitulata partibus, id est tam querelantibus, quam sindicando, elapso termino in publicatio ne contenta, fit monitio ad se
 87 tentiam, ut idem Amodeius testatur in dicto suo tractatu. n. 232. vers. qui Domini Sindici mouerunt partes ad audiendum sententiam.

Quibus omnibus aetatis, debite reeasitis, & demonstratis, possent sindicatores ad prolationem diffinitiæ sententiæ deuenire, & hoc si fin
 88 dicandus stetisset ad sindicatum, nam alio modo procederetur, si aufugeret, quia secundum eundem Paridem de sindicatu in verbo fuga Officialeis distinguenda esset tempora fugæ, si aufugisset ante finitam administrationem, de fuga prædicta esset capienda summaria informatio, & conquisito de fuga per solam informationem, posset citari fideiussor, qui pro eo fideiussit in ingressu officij de parendo sindicatu in fine officii, ad instantiam Sindicorum, & electorum dictæ Terræ & quibus propterea fuimus requisiti ad cogendum per iuris, & facti remedii N. N. eius fideiussorem, seruata forma fideiussionis ad representandum dictum N. N. olim Mag. Capitaneum, & parere faciendum sindicatu, cuius tenor talis est;

89 ita requisitio, seu citatio sic cum inserta forma fideiussio-

nis, ut Carauita Ritu 159. nu.
 4. primo notabili, & 163. n. 3.
 & citatio ita formari posset,
 v. 3.

De mandato Curiæ, &c. Iuratis, & seruientibus nostris in solidum suè, &c. noueritis, quod cum exercuisset in hac ter
 90 ra, vel Ciuitate officium Capi
 taneatus N. de N. per annum
 unum integrum, & in ingressu
 dicti officij se obligasset stare,
 & parere in fine dicti officij ad
 sindicatum, et pro eo fidei
 iussisset N. N. cum obligatione
 in solidum in forma coram no
 bis exhibita, ex eo, quod dictus
 Mag. N. N. Gubernator per lap
 sum temporis, et finitam admi
 nistrationem dicti officij non
 adimpleuissest ad quæ teneba
 tur, et se absentauit à terra
 predicta contra formam dictæ
 mentionatæ obligationis, ut ex
 informatione per Nos summa
 riè capta ad instantiam Sindicorum, et Electorum dictæ Terræ
 & quibus propterea fuimus re
 quisiti ad cogendum per iuris,
 & facti remedii N. N. eius fidei
 iussorem, seruata forma fidei
 unctionis ad representandum di
 ctum N. N. olim Mag. Capita
 neum, & parere faciendum sin
 dicatu, cuius tenor talis est;

Obligatio pro N. N. ad præsens Sindicis, & Electis, ad bonum Regimen dictæ Terræ, &c. præsentibus, &c.

NI **C**ontra N. N. & N.N. eius fideiussorem præsentes, &c. in solidum, &c. Dic verò &c. Mense, &c. Anno, &c. in Terra prædicta. Personaliter constitutus penes acta Curiæ dictæ Terræ, vel Ciuitatis Magnificus N. N. de Terra, &c. qui sponte non vi dolo, sed omni meliori via, & modo asseruit se fecisse honoratum ab Illusterrissimo, vel Excellentissimo N.N. Barone, vel Principe, ac utili Domino, & Patrono dictæ Terre ad exercendum Officium Capitaneatus in dicta eius Terra, omnibus iustitiā ministrando, mediantibus litteris commissionibus porrectis, præsentatis prædictis Mag. Sindicis, & Electis hodie prædicto die, per quos receptæ fuerunt supra caput, & admissum, & receptum ad exercendum officium prædictum, pro obseruantia Regiae Pragmaticæ, ipse Magnificus Sindicus N.N. constitutus promittit dictis Mag. Sindicis, & Electis præsentibus, & omnibus, ad quos spectat absentibus, & mihi infrascripto Actuari oratione mei Officij pro absentibus stipulanti in fine dicti sui Officij se solemniter obligauit stare, & parere Sindicatu pro administratione prædicta omnibus reddere rationem publicè de omnibus per ipsum administratis in dicta Terra, & ab ea non discedere, nisi finito Sindicatu per ipsum reddendo, & obtentis litteris liberatoria libus, ac obseruare omnia statuta, consuetudines, & leges Municipales dictæ Terræ, & contra non facere sub pena duicatorum centum applicanda pro medietate ipsi Curiæ, & pro alia medietate ipsis Sindicis, & Electis, pro Utilitate dictæ Terræ, & ad maiorem cautelam, & securitatem dictorum Sindicorum, & Electorum, & aliorum absentium, & mei ratione mei officij solemniter obligauit se ipsum principalem; nec non dedit, & posuit in eius fideiussorem, & principalem obseruatorem, et promissorem omnium prædictorum N.N. præsentem, & sponte fideiubentem, & in solidum se obligantem, & teneri volentem cū dicto Principali, et modis omnibus curare, quod dictus Mag. N.N. principalis adimpleat omnia per ipsum promissa, & ipsum representare in casu, &c. sub pena prædicta, et promisit fideiussor ipse non vti beneficio, et excusari, promisisse factum alienum, renunciantes omni legum auxilio; et ipse fideiussor renuncianit, l. I. et principali, C. de conue-

gauit stare, & parere Sindicatu pro administratione prædicta omnibus reddere rationem publicè de omnibus per ipsum administratis in dicta Terra, & ab ea non discedere, nisi finito Sindicatu per ipsum reddendo, & obtentis litteris liberatoria libus, ac obseruare omnia statuta, consuetudines, & leges Municipales dictæ Terræ, & contra non facere sub pena duicatorum centum applicanda pro medietate ipsi Curiæ, & pro alia medietate ipsis Sindicis, & Electis, pro Utilitate dictæ Terræ, & ad maiorem cautelam, & securitatem dictorum Sindicorum, & Electorum, & aliorum absentium, & mei ratione mei officij solemniter obligauit se ipsum principalem; nec non dedit, & posuit in eius fideiussorem, & principalem obseruatorem, et promissorem omnium prædictorum N.N. præsentem, & sponte fideiubentem, & in solidum se obligantem, & teneri volentem cū dicto Principali, et modis omnibus curare, quod dictus Mag. N.N. principalis adimpleat omnia per ipsum promissa, & ipsum representare in casu, &c. sub pena prædicta, et promisit fideiussor ipse non vti beneficio, et excusari, promisisse factum alienum, renunciantes omni legum auxilio; et ipse fideiussor renuncianit, l. I. et principali, C. de conue-

niendo, et compellendo, l. San-
cimus Auth. præsentia Epis-
tola Diui Adriani, et omnibus
alijs legibus dictantibus, et fa-
nentibus in fauorem fideiuso-
rum; et proinde obligauerunt
se ipsos in solidum, hæredes, et
successores, bona eorum omnia
sub pæna prædicta, et ad pæna
dupli, medietate, etc. cum po-
testate capiendi, etc. constitutio-
ne præcarij, et ita se obligau-
erunt, renuncianauerunt, et iura-
uerunt, etc. Ego N.N. promitto,
vt supra. Ego N.N. fideiubeo,
et promitto, vt supra. Ego N.
N. sum testis, vt supra. Ego N.
N. sum testis, vt supra. Talis
de tali Actuarius supplicavit,
etc.

Iudeo vobis, vt supra iam di-
eimus, committimns, et manda-
mus, quatenns statim visis, et
receptis præsentibus sub pæna
vinciarum auri 25. Curiae, etc. ad
omnem instantiam, et requisitionem
prædictorum Sindicorum,
electorum, et aliorum Ciuium,
sue, etc. citatis, moneatis, etc.
et requiratis supradictum N.
N. fideiussorem ad repræsentan-
dum dictum Mag. N. N. olim
Capitaneum, seu Gubernatorem
ad standum, et parendum sindi-
catui propter finitam eius ad-
ministrationem, seruata forma
sue obligationis infra terminū
dierum duorum præcisè, et pe-
remptoriè; et in eodem termino
ad dicendum causam quare non

debeat soluere pænam ducatorū
centum in dicta fideiussione,
contenta, obligationem incusa-
ri, et pro pæna prædicta contra
ipsum exequi; caueant de con-
trario, alias, etc. quoniam, etc.
eitentur, et referantur. Da-
tum, etc.

Quæ firmata per Officiale
datur intimanda, & intimata,
si fideiussor non præsenta-
uit sindicandum infra tempus
in citatione appositum, incu-
fantur contumaciæ; & in ul-
tima contumacia Curia pro
Tribunali sedente, condem-
natatur ad pænam in fideiussi-
fione contenta, & dicitur, q̄
exequatur realiter, & perso-
naliter contra ipsum; & po-
test expediri supradicta cita-
tio contra fideiussorem, & e-
xequi per Curiam, & Officia-
lem ordinarium loci, coram
94 quo fuerit obligatio stipula-
ta, coram eodem potest incu-
fari, l. Vbi ceptum, ff. de iudicijs,
& pæna applicatur illi Curiæ
in qua fit incusatio, quia pæ-
na debetur ex accusatione,
per ea, quæ latè testatur Af-
flict. dec. 3.

Sed hic quæri solet, an
soluta pæna in fideiussione,
95 contenta, fideiussor possit
cogi pro interesse Ciuium, &
obligatus ad pænam, teneatur
ad interesse, & secundum
Dom. Garabb. in suo tractatu de
sindicatu p. I. num. 217. vide-
tur

tur dicendum, quod fideiussor
tenetur obseruare iuramentū,
& factum, quia præcisè fide-
iussor se obligauit, vt Offi-
cialis pareret Sindicatui, &
sic tenetur ad obseruantiam
iuramenti in forma specifica
citato cap. Ad nostram de iure
iurando, & obligatus ad factū.
præcisè potest cogi, vt per
tex. et Glos. in lege Sed, & hæc
§. Prætor, et l. si filius, §. fin. ff.
de Procuratoribus, et l. stipula-
tio, §. siue, ff. de noui operi nū-
ciatione, et Bart. in l. stipulatio-
nes non diuiduntur, ff. de verbo-
rum obligat.

Sed fallet quādo desit pos-
se facere, vt plura reperiun-
tur exempla, & experientia
docuit, quod cogere hominē
facere, est valdē laboriosum,,
quia aliquando permittit se
potius excoriari, & projici
per terram, & se carcerari, &
dicit, quod stabit potius in
carceribus per decem, vel vi-
ginti annos, quam factum ad-
implere. Imò adest prouer-
bium, quod tota Vniuersitas
non potuit facere, quod As-
enus inuitus cogeretur libere.
vide l. 3. cum Glos. de hæred. in-
97 stituendis, vndē Actor si non
potest habere factum, veluti
sindicatum, etiam quod mul-
tum laboret, potest sibi pro-
uideri cum pecunia, quia præ-
stando interesse reus libera-
tur l. si quis ab alio, §. fin. ff. de

re iudicata, & negari nō potest,
quod ex dispositione iuris, in-
ter contrahentes ex nō adim-
plēto promissorum, sequat-
ur obligatio interesse, l. quo-
ties, ff. de verbor. oblig. & quā-
do quis obligatur ad factum,
sub certa pœna in Regno per
Afflictum decis. 135. fuit de-
claratum, quod pœna non de-
betur, nisi cum interesse con-
currat. Ergo certum est, q̄
pœnales stipulationes, quæ
dedueuntur in contractibus,
99 nihil aliud important, quam
interesse; & hoc casu dicuntur
duæ obligationes, una prima-
ria, quæ erit de faciendo, seu
parendo Sindicatui, cui succe-
dit obligatio ad interesse: se-
cundaria obligatio erit de sti-
pulatione pœnæ, quia fide-
iubendo quis intelligitur ob-
ligari in omnem casum, &
causam, quæ ex natura negoti-
iij proceditur, l. si feruum,
§. nunc videamus, l. si morte, ff.
de verborum oblig.

Si Officialis aufugisset
post finitam administrationē,
100 veluti infra tempus præfixū
Sindicatui, fuga faceret con-
tra Sindicandum semiplenam
probationem, & si esset in-
culpatus de aliquo crimine
habetur pro confessō, & si
non præstisset cautionem
in principio officij de paren-
do Sindicatui, & finitu officio
non obtulisset patere Sinda-
cui

tui, ut iuris tenetur, requisitus à Sindicis dare listam suspetorum ad finem eligendi Sindicatores, & si recusasset, & per Sindicos in eius contumaciam fuissent electi Sindicatores.

Tenetur Sindicatores primo ostendere, & demonstrare litteras commissionales; denique seruatis seruandis facere præceptum sindicando, ut pareat sindicatu, & se conferat in talem domum, tali loco, iuxta tales fines, sub tali pæna, infra tot horas, quam tenere habeat loco carceris, & ab ea non discedendo sub pæna prædicta, si sindicandus contra præceptum, scilicet mandatum fecisset, vel aufugisset, examinantur duo, vel tres testes de fuga, ut supra dictum fuit, & expectato congruo peremptorio termino, fiet perquisitio in domo prædicta sindicando assignata loco carceris, cum Actuario, & Testibus fiet accessus ad faciendam perquisitionem; & si sindicandus non repelletur, condemnetur ad pænam in mandato, seu præcepto contentam, & posset dici, quod sindicandus habetur pro confessio in omnibus quærelis expositis contra ipsum per quærelantes, & decerni, quod exequatur, & capiatur, & iniurias ducatur, & asportetur ad reddendum sin-

dicatum in loco administrati officij, & posset in hunc modum perquisitio fieri, v. 3.

Forma perquisitionis.

Magnifici Sindicatores N.N. electi ad sindicandum N. de tali, olim Capitaneum, seu 102 Gubernatorem una mecum Actuario N.N. seu Actorum Magistro in causa sindicatus prædicti, & testibus infrascriptis ad hoc specialiter vocatis, & rogatis pro iustitiæ compleimento, accesserunt ad domum talem sitam intus dictam Terram, seu Ciuitatem, in loco ubi dicitur N. iuxta bona NN. loco carceris assignatam eidem Magnifico sindicando, & cum ibidem essemus, inuenimus illam apertam, & in ea una mecum Actuario cum testibus prædictis, de N.N. seruentibus Curiae dictæ Terræ comitantibus ceperunt per omnes stantias, seu Cameras ipsius Domus ambulare perquirere, & videre si adesset dictus Mag sindicatus, & quia in ea non fuit repertus, dicti Magnifici N.N. Sindicatores mandarunt N. de N. seruenti dictæ Curiae dictum N. sindicandum vocari alta, & intelligibili voce, qui N.N. seruiens dictæ Curiae parendo mandatis dictorum Sindicatorum, cepit vocare dictum N. sindicandum alta, & intelligibili voce more præcōnis

nis dicendo pluries: Videlio
Mag. N. de N. & quia non re-
spondit, nec fuit inuentus, nec
responsum dedit, sicut condemnatus
ad pænam ducatorum
tot in mandato contentam.
Fisco Regio applicandam
presentibus prædictis testibus
ad perquisitionem prædictam
vocatis, & rogatis, & sub-
scribitur hæc perquisitio per
sindicatores; & quia pæna
prædicta incusata per sindica-
tores, pendente sindicatu fuit
acquisita Regio Fisco per ra-
tiones supra adductas, & no-
tatur per Asslct. d. decis. 3. sta-
tim, atque fuerit facta com-
103 demnatio debet fieri descri-
ptio, & annotatio bonorum
sindicandi, & fideiussoris,
quando præstisset cautionē
104 ne occultentur, ut docet Fol-
lerius in sua Praxi Criminali,
in rub. Amotentur bona contu-
macis; vbi etiam num. 6. ha-
betur qualiter fieri debeat in-
uentarium; quo facto bona
inuentariata pro securitate
Regij Fisci, consignantur pæ-
nès tertium idoneum, testatur
Clarus in sua Praxi criminali
q. 44. num. 2. vers. Sed hodie in
fine, & Chart. de exequitione
sententia cap. I. num. 19. qui se
obligat dicta bona in depo-
situm pænès se retinere; eaq;
nemini consignare, absque li-
centia ipsorum sindicatorum,
quorum mandatis, factum

fuit inuentarium: vel Regij
Fisci, cui pæna super bonis
prædictis inuentariatis fuit
acquisita, & de pæna prædi-
cta debet certiorari percep-
tor prouentuum Regij Fisci
in hunc modum, v. 3.

Carolus Secundus Dei Gra-
tia Rex, &c. N. de N. sindicato-
res electi, & deputati per N.
105 N. Sindicos, & Electos ad
bonum regimen, & guberniū
Terræ N. ad sindicandum N. N.
olim Capitaneum dictæ Terræ
notum facimus, quod cum per
nos predictos Sindicatores fuissent
demonstratae litteræ com-
missionales prædicto sindicando
in nostris personis expeditas ad
eundem N. sindicandum, &
fuisset ei per nos iniunctum,
(stante quod in principio officij
non præstitit cautionem de pa-
rendo sindicatu, seruata formæ
Regiae Pragmaticæ) ut se con-
ferre debuissest ad talem domum
iuxta suos notorios fines ei assi-
gnatam loco careeris, & inde
non discedere debuissest sine li-
centia in scriptis sub pena du-
catorum tot, vel donec præsti-
terit cautionem de stando, &
parendo sindicatu prædicto; Et
quia in vilipendium mandato-
rum nostrorum non solū nō se cō-
tulit in domum prædictam, ve-
rum etiam se absentauit, & au-
fugit à Terra prædicta, ut ex
informatione per nos capta, &
perquisitione facta, seruatis ser-

mandis in utimo peremptorio
fuit condemnatus ad pænā præ-
dictam ducatorum tot, in dicto
mandato contentam, et quia
interest Regij Fisci pænam præ-
dictam exigere, et exigi face-
re contra prædictum sindican-
dum; Propterea tenore præsē-
tium iudicauimus rescribendū,
et certiorandum vobis D. Per-
ceptori prouentum Regij Fisci,
ut pænam prædictam exigatis,
et in libro prouentuum anno-
tatis, et in fide has præsentes fe-
ri iussimus, et mandauimus per
nostrum Actuarium ordinariū
sindicatus, nostrisque proprijs
manibus subscriptas, et sigillo
Uniuersitatis munitas, et robo-
ratas. Datum in Terra prædi-
cta, sub die, &c. Monse, etc.
Anno; etc. et subscribatur per
sindicatores, et Mag. Actorum;
& deinde litteræ prædictæ
claudātur, & sigillatūr ad mo-
dum epistolarum missuarum,
& foras ascribatur in hunc
modum, v. 3. Mag. Dom. Percep-
tori prouentum Regij Fisci, sa-
lutem, & habita responsione
conseruetur in actis sindica-
torum, & sic fieri, & formari
possent in omnibus alijs casi-
bus condemnationum pæna-
rum spectantium ad Regium
Fiscum, variando secundum
diuersitatem casuum; & in
eodem instanti possunt expe-
diri litteræ de capiendo de
persona, ad finem, ut inuitus

sindicandus asportetur ad lo-
cum administrati officii pro
interesse ciuium, & posset
formari in hunc modum, v. 3.

Forma mandati de capiendo.

Carolus Secundus Dei Gratia
Rex, &c. N. N. de Terra N.
Sindicatores electi ad sin-
dicandum N. V. I. D.
olim Capitaneum di-
& Terræ, &c.

106 **I**nstatibus no-
stris, vel aliarum qua-
rumcumque Curiarum insolidio
requirendis, siue, etc. Noueri-
tis, quod cum dictus Mag. N.
de N. de dictata Terra exer-
cisset officium Capitaneatus
per annum unum integrum in-
dicta Terra pro administranda
iustitia, et contraformam Regiae
Pragmaticæ, Regiae dignitati, in
principio dicti officij, non præsti-
tisset cautionem de stādo, et pa-
rendo sindicatu, (vel præsti-
tisset secundum casuum con-
tingentiam) et per aduentum
successoris depositasset officium,
fuimus electi Sindicatores ad
sindicandum dictum N. N. in e-
ius contumaciam, ex quo requi-
sus non curauit dare listam
suspectorum infra tempus ei
assegnatum; & demonstratis
eidem sindicando literis com-
missionalibus, ad hoc ut pare-
re debusset nostris mandatis,
stante

stante, quod per nos fuit eidem iniunctum, quod se conferre debisset in talem domum sitam intus dictam Terram in loco, ubi dicitur, &c. iuxta suos notrios fines, ut illam tenere debisset loco carceris, sub pena ducatorum tot Regio Fisco, &c. & ab ea discedere non debisset absque licentia in scriptis; & quia minimè curauit parere dictis mandatis nostris, seruatis seruandis, facta per nos perquisitione ad domum praedictam, omni adhibita diligentia, pluries vocatus fuit per N. de tali ordinariū seruientem nostræ Curiae, alta, & intelligibili voce more præconis dicendo pluries coram testibus, ad hoc specialiter vocatis, & rogatis, dicendo, viè il N. de N. & quia non fuit in earepertus, nec responsum dedit; & ex informatione constat aufugisse, & se absentasse à Terra praedicta: Propterea fuit condemnatus ad panam in mandato contentam Regio Fisco persoluendam, & dictum quod non solum exequatur pro pena praedicta, de qua fuit etiam certioratus Perceptor prouentuum Regii Fisci, sed etiam quod capiatur de persona, & inuitus asportetur ad reddendum sindicatum in dicta Terra N. in qua exercuit officium, pro Ciuium dictæ Terra interesse; Ideò vobis, ut supra iam dictis, ceterisque Iusti-

tiæ ministris tenore præsentium præcipimus, & mandamus, sub pena ducatorum tot. Fisco Regio, &c. quod contra prædictum exequitionem faciatis, ipsumq; de persona capiatis, & pro carcere, ad dictam domum in uitum asportetis ad reddendum sindicatum prædictum. Dantes in præmissis, & circa præmissa, &c. concedentes, &c. & ut prædictum N. de N. possitis extra nostram jurisdictionem, ubique locorum repertum capere, & carcerare, bortamur M.C.V. eiusque DD. Mag. Indices, ut suum dignentur impartiri brachium, & auctoritatem, etiam circa asportationem armorum non prohibitorū à Regia nouella Pragmatica offerentes Nos, &c. Datum in tali Terra, sub die, &c.

Qui processum super quærelis, & inquisitione factum mature percurrent, & per eius sententiam determinetur. Verba praedicta Regiæ Pragmaticæ sonant, quod sindicatores deueniendo ad sententiam diffinitiuam, quæ contio 107 sistit in absoluendo, vel cōdemnando, non possint se causas decidere, nisi in brevioribus consistentibus a duabus Augustabilibus infra, ut supra dictum fuit; in aliis vero causis ultra summam prædictam, sindicatores de per se non possunt, sed cum consilio Q A-

Assessoris eligendi de locis conuicinis, vbi sindicatus geritur, non suspecti. Ut dixit D. Franciscus Garraba in d. suo tractatu de sindicatu p. I. n. 53. & n. 224. etiam si sindicatores sint Doctores, & reddit 108 rationem, quod sindicatores non possunt fungi officio sindicatorum Assessorū, quia esset contra formam d. nostræ Reg. Prag. Regiæ dignitati, cui derogari non potest, vt supra dictum fuit, & quod non possent exercere duo officia, & si utrumque officium administrarent, neutrum bene peragerent, & citat, tex. & Glos. in l. Nemò ex his in verb. in utrumque officio duorum fungi non possunt, C. de Assessoribus, & glos. prædicta adducit versus, v3.

Qui binos lepores una sectabitur hora

Vno quandoque, & quandoque carebit viroque.

Et in hoc dicit Par. de Puteo in d. suo tractatu de sindicatu in verb. officium cap. I. num. 3. allegatum per dictum D. Franciscum Garrabb. quod procedit, quando officia sunt incompatibilia, & omnino diversa, quod secus esset, quando officia tenderent ad idem; quia possent officiales Doctores proferre sententiam; nam 109 Assessor propriè dicitur qui

assistit Iudici, & illum intuit ad rectè procedendum, & indicandum, & debet esse peritus, quia debet superare imperitiam Iudicis, cum ex Gl. in Auth. de Iudicibus in principio in verb. nostrum, & si officialis esset Doctor, & perius in iure, non haberet necesse, quod ei assisteret Assessor ad ipsum instruendum, sed de per se posset proferre sententiam, vt in dies videmus practicari in omnibus Curiis præsentis Regni, quando Barones eligunt in officium Doctores approbatos, non dant eis Assessores, sed ipsimet proferunt sententiam, & iudicant, & opinio dicti Domini Francisci Garrab. viri tanti eruditii, crederem, quod intelligatur in sindicatu, & sindicatoribus per dispositionem Regiæ Pragmaticæ, quæ obseruanda est in forma specifica, & non per æquipollens, vt dictum fuji per nos in prima parte præsentis tractatus.

III. Et quando sindicatores non sunt Doctores, possunt habere etiam pro Assessore, Ciuem eiusdem Civitatis, in qua sindicatus gerit, dummodo non sit suspectus allegatus, prout ex eodem Paride in verbo condemnatio cap. 6. Incipit condemnatus in sindicatu in fine, vbi inquit, Officialis qui est

est Ciuitatis propriæ , ergo supponit Officialem posse esse Ciuem , &c. Quia Sindicatores quando intendunt addiscussionem articuli procedere, debent ad evitandam suspitionem, facere monitionem ad partes , & in monitione p̄̄figere terminum sindicando, & quærelantibus ad producendum listam suspectorum Doctorum, ut in cap statutum §. Assessorem, in verb. suspectū de rescriptis in 6. & decisum refert Capicus decis. 138. & termino elapsō in monitione prænixo, sit electio Doctoris non suspecti : qua electione facta, Sindici, & Electi tenentur Consultori electo assignare salarium de publico; & sū-

ptibus Vniuersitatis, mittere Nuntium cum litteris cōmissionalibus subscriptis à predictis Sindicis, & Electis , & sigillatis sigillo Vniuersitatis ad inuocandum Assessorem electum , ea ratione, quia pro publica necessitate fuit electus Assessor, Bart. in l. cum Nauarorum, C. de Nauicularijs infine lib. 11. Et Consultori ipsi accessito ad locum , vbi sindicatus geritur , tenentur Sindici, & Electi, etiam sumptibus Vniuersitatis subministrare cibaria.

Hic quæ i posset , stante quod multi Indices idiotæ nō habent Assessorem electum à

113 Barone Terrarum , in quibus fuerunt constituti Iudices & necesse habent eligere Assessorem pro votandis processibus, cuius nam expensis Iudicis , an verò Baronis, seu partibus , ex eo , quod Barones tenentur eligere Assessorem eorum expensis , & per tex. in Auth. de mādatis Principum , §. festinabis , videtur dicēdum, quod non à Iudice , sed à Camera Baronal; quia in dicto §. festinabis eligitur Assessor à Iudice , & à Fisco soluitur salarium; sed quanda pro causa particulari assessor præuiis monitionibus , tunc sportulę, seu salarium soluitur à partibus, ut in dicto Cap. statutum, §. Assessorem de rescriptis n.6.

Tandem sindicatores cum consilio Assessoris debet causas dubias per argumenta , & 114 rationes legum determinare per sententiā, controuerſiam dirimere, vel ad concordiam partes reducere , nec quempiam grauent plus quā lex mandat : quia , ut in prima parte dictum fuit mēs Iudicis pr̄̄sumitur esse conformimenti legis , l. Et puto, §. 1 ff. familiæ Erciscundæ l. nam, & ipsum, ff. de iustitia & iure, alias punirentur , cum vt etiā supra dictum fuit in prima parte, ex dispositione dictæ nostræ Regiæ Pragmaticæ

ad hoc teneatur reddere rationem de eius voto, ut puniatur. Nec eum excusaret praetensa conscientia, quia iniuriam faceret legibus, ut in Auth. de iudicibus s. oportet, & sententia diffinitiuā posset fieri, v3.

Forma sententiae diffinitiæ.

In Dei nomine. Amen.

115 **I**n causa sindicatus inter N. de N. quarelantem de Terrā tali ex una, & Mag. N. de tali olim Gubernatorem in dicta Terra N. sindicandum ex altera, ex causis in quarela expositis contra eundem, de Barrattaria, illicitis extorsionibus, (& alijs sic de singulis, prout casus contigerit) de, & super prout in astis fuit interpositum decretum tenoris sequentis, v3.

Per Mag. N. N. sindicatores electos, & deputatos per Sindicos, & Electos dictae Terrae N. ad sindicandum dictum Mag. N. de tali olim Gubernatorem, visis libello quarelæ expositæ contra eundem Mag. N. sindicandum, testimoniis depositionibus, publicatione, monitione ad sententiam, ac toto processu, visis videntis, consideratis de iure considerandis, cum assistentia, & voto subscripti Mag. V.I.D. N. de tali nostri Assessoris in can-

sa predicta sindicatus electi. Dei nomine repetito, fuit prouisum, pariterque diffinitiuē decretum, prædictum Mag. N. sindicandum fore, & esse absolueundam, & amplius pro causa, & quarela predicta, non molestandum, prout præsenti nostro diffinitiuō decreto, absoluimus, & liberamus, & pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus, hoc suum, &c. & subscribitur à sindicatoribus, & ab Assessore, & fit lectura in hunc modum, Lectum latū, Die, &c. Mense, &c. in Terra N. &c. sedentibus, &c. præsentibus pro testibus N. N. & N. N.

Et hoc modo posset dici sindicandum stetisse ad sindicatum, quia personaliter stetit, & non discessit ab eo, & esse

116 Ita qualiter fuit expeditus, & licentiatus per interpositionē decreti absolutorij, ut ex Pragmate de Puteo de sindicatu, in verbo Iudices cap. 9. incipit: quomodo autem probetur per hanc Pragmaticam sanctionē hodie reperiuntur litteræ sindicationis, quæ hodie vulgo dicuntur, litteræ liberatoriales, in quibus, qui se laudabilius in officio habuerunt, sunt publicè commendandi, ut dictum fuit in prima parte ex Psalmo 32. Rectos decet. collaudatio: ex qua laude virtuō-
117 si Iudicis disponuntur amplius

p̄ius ad veritatem, sicut ignis aura flante magis accenditur & fit grandior, ita bonae mētis studia commendatione proficiunt, ut ex *Greg. Regist. lib. 6. cap. 109.* vnde *Cassio I. variar. Epist. 13.* debetis; benē agentibus, ut eos laudis vestre committetur assensus. Nā si equorum cursus hominum clamoribus iocitatur, & in sonantium manibus agitur, ut in iutis animalibus, velocitas appetatur, quanto magis homines indē stimulari posse credimus, quod non est si male se gesserint in officio, quia tunc propter legitimas p̄enas sunt etiam vituperantur, l. *instissimos de officio Reatorum Provincias.*

Hic faciuntea, quae sunt in *Epistola 15. Hieronymi ad Marcellum:* Nemō reprehendat, quod in Epistolis aliquos, aut laudamus, aut carpiimus, cum in arguendis malis sit correptionē cæterorum, & in optimis prædicandis bonorum advir-tutem studia concitentur, & *Cant. serm. 11.* fratres reuermur Episcopos, sed veremur labores eorum, si labores pēsamus, non affectamus honores; & hunc est, quod subditi semper debent esse parati ab Officialibus plura illicita tolerare, quē ut alios aptē corripere valeant, debent velle esse correptos. *Cant. ex ven-*

dicta 23. q. 4. & ideo exhibendus est honor officialibus post depositum officium, quā sibi exhibeat, ac sibi esset in officio l. penult. ad finem de quæstionibus cum aliis pluribus similibus concordantiis de Curionibus: Imō offendēs officiale in sindicatu, punitur, ac si eum offendisset durante officio, quia adhuc durant reliquæ præcedentis officii, ita testatur *Amodeius in dicto tractatu de sindicatu num. 257 Paris.* in dicto suo tractatu de sindicatu in verb. officialis offensa in principio, & sic decet in hoc laude regnantes ipsos plurimum gloriari sic dixit *Cassio lib. 9 epist. ultima,* Glorioſis Dominis generofora sunt præmia, quam tributa; quia stipendium Tyranno pendit, prædicatio dignitatis bono Principi debetur: & in hunc modum prædicatio dignitatis fieri posset, videlicet.

Carolus II. Dei Gratia Rex, & Regina Mater, Tutrix, & Gubernatrix.

dicta 22 **D**uctor Chirurgus Franciscus Chiacciari, & Franciscus Antonius Ciarlante fidelissimæ Ciuitatis Iserniae syndicatores electi, & deputati per dictam Fidelissimam Ciuitatem Iserniae Provincie,

Comitatus Molisij ad sindicandum V. I. D. Marcum Antonium Celima, olim Gubernatorem d. Ciuitatis, &c.

Vniuersis, & singulis, has praesentes litteras inspecturis, visuris, atque lecturis, pateat, & evidenter notum sit, predictum V.I.D. Marcum Antonium Celima, Viceprincipatus, atque Gubernatoratus officium in eadem fidelissima Ciuitate Isernię per annum unum, & menses sex exercuisse, et illo depositato in manibus Mag. Magistri Iurati, & aliorum de regimine comparitum porrexit offerendo, prout verè se obtulit parere sindicatiu*m* iuxta formam iurium Regiarum Constitutionū, & Pragmaticarum Regni. Nos autem sindicatores ut supra, emanatis prius publicis Bannis in locis solitis, et consuetis, more praconis, alta, et intelligibili voce per Baiulum, et Tubittam dictæ fidelissimæ Ciuitatis, ac etiam publicis affixis edictis in locis solitis, et consuetis, ut quicumque se grauatum sensisset, vel sentiret, comparere debuisset, & habuisset coram nobis infra terminum dierum viginti ad porrigidum quærelas ciuiles, criminales, et mixtas, & infra terminum aliorū dierum 20. post immediate ad illas prosequendas prefiximus; & licet fuissent expositæ aliqua quærelæ de negata, & in-

iusta iustitia, et per nos media te voto Doctoris Prosperi Coca Assessoris, fuisset dictus sindicandus condemnatus ad soluendum totum id, quod presupponebatur deberi predictæ fidelissimæ Ciuitati per Paschalē Caporossi; et ad depositādos tumulos septem frumenti per dictum sindicandum libera tos Cæciliæ Corbo, tamen in causa revisionis per V. I. D. Franciscum de Posta Assessorē electum ad reuidendum grauamina, ad euitandas expensas ambarum partium per relationem factam per dictum V. I. D. Franciscum de Posta ad Excellentissimum Dominum Marchionem Vasti, & Principem Ciuitatis Iserniæ, per quem revisio fuit ordinata, fuerunt dictæ querelæ, & inquisitio factæ contra predictum sindicandum declarata nullæ; Idcirco sententia contra dictum sindicandum facta, fuit declarata nulla, & per dictum Dominum Marchionem, & Principem Ciuitatis predictæ fuit dictum, declarandum esse dictum sindicandum dignum omnia laude, virtutibus plenum, & summa gloria, et incorruptibilem, iustificum non pendentem à dextris, neque à sinistris, sed aqua lance Iustitiae culmen cognitus, et comprobatus fuit; Et ut praesens nostra approbatio omnibus sit nota, publica, et manifesta, has pre-

præsentes litteras liberatoriales fieri fecimus, et mandaui-
mus, nostrarum manuum sub-
scriptione firmatas, et solito,
& consueto sigillo eiusdem fi-
delissimæ Ciuitatis munitas, &
roboratas. Datum Iserniæ die
6. Ianuarii 1667. Chiacchiari
Sindicator, Ciarlante Sindica-
tor, Frater Michael Angelus
Episcopus Iserniensis, &c.
Locus sigilli, Notarius Mar-
tellus Attuarins, &c.

Sindicatus mei hæc est lit-
tera liberatorialis, quam ob-
tinui post tot calumnias.

Sed quando in sindicatu nō
interueniunt quærelæ, in lit-
teris liberatorialibus non fit
mentio de quærelis, sed dicitur
Quo termino in Bannis præ-
fixo elapso, quærelis ciuilibus
mixtis, et criminalibus mini-
mè existentibus contra, et ad-
uersus Mag. N. de N. sindican-
dum, liberum, & absolutum di-
cimus, et declaramus dignum,
omni laude, virtutibus plenius,
summa gloria, incorruptibilē,
iustificum, in malos seuerum,
erga bonos beneficūm, non pen-
dentem à dextris, neque à sinis-
tris; et ex nunc in antea, et in
futurum dignissimum ad exer-
cendum alia similia, et maiora
officia. Quare cupientes nos in
eiusdem laudes, et glorias, hoc
nostrum iudicium omnibus esse
notum, has præsentes litteras
liberatoriales fieri fecimus, &c.

Aliam formulam posuit Ca-
rauita super ritu 295. num. 30.
Et per huiusmodi commé-
dationes Officiales, non so-
lum esse admittendi ad
alia similia, & maiora officia,
sed etiam possent confirmari
in eodem officio, ex eo, quod
reddiderint sindicatum, & fue-
rint absoluti: secus autem es-
set si non reddiderint sindica-
tum, vt in Auth. de Collat. §.
Iubemus, et §. Si quis autem,
& est in Regno Capitulum Re-
ginae Io: I. quod in hoc expre-
sè prouidit, quod nullus ele-
ctus ad aliquod officium de-
beat admitti antequam reddi-
derit rationem de alio officio
per eum administrato, vt sit
sindicatus; ita testatur Bart.
in l. Rescripto, §. Debitores, ff. de
muneribus, et honoribus, et Re-
gia Pragmat. I. de officio Iudi-
cum, §. 3. & Reg. Pragm. 2. ea-
dem tit. §. quinto idem termina-
tur. Ratio esset, quia non
debet quis admitti ad exercē-
dum idem, & aliud officium,,
nisi prius reddiderit rationē
sue administrationis, quia
posset esse, quod fuerit malus
Officialis; & donec steterit in
sindicatu, non est interim eli-
gendus, quia malus semper
præsumitur malus Cap. semel
malus de reg. juris ia 6. ita te-
statur etiam Carauita Ritu 295
num. 8. & propterea non es-
sent admittendi officiales con-
dem.

demnati in sindicatu, testatur
idem Paris. in dicto tract. de
sindicatu in verb. condemnatio
cap. 6. incipit condemnatus, &
in verb. Iudicis cap. 8. Incipit
sindicatur etiam num. 4. Hic
aduertit idem Paris. in verb. ob
lato cap. 1. quod si officialis
cognoscat se condemnaturū
in sindicatu, ante condemnationem
debet offerre pecunia
in condemnatione deducen
dam; & sic absoluetur, & ha
bebitur pro absoluto, & in
famia non notabitur; & di
sposita per Regias Pragmati
cas Sæctiones nō haberent loc
cum, quando officiales de
posuisset pecuniam, Bart. in l.
si reus paratus, ff. de procurat
citatus per eundem Paridem
eod. sup. cit. loco.

Tandem dicta nostra Reg.
Pragmat. in finalibus verbis
dicit, quod consultor tenetur
defendere eius sententiam, si
124 de ea quærelatū, seu appellatū
fuerit infra duos menses, ex quibus verbis videtur
dicendum, quod à sententia
Sindicatorum non solum pos
sit appellari, & per remissum
appellationis haberi recursū
ad Superiores, sed etiam per
viam quærelæ, quæ sunt re
media extingendi pronuncia
tū, nata appellatione, ipsaque
pédente, sententia stat in sospe
so, & interim damnatus habe
tur pro non damn. t. l. i. §. xl.

timo, ff. ad Turpill. : & Bar.
in l. illud, ff. de appellat. & ap
pellatio predicta debet inter
poni à minori Iudice, ad ma
iorem, vt dictum est in prima
parte in quærela de indebito
cærce num. 29. Non quod
fieri debeat appellatio in ter
ris Baronalibus, in quibus Ba
rones habent secundas causas,
ad Iudicem secundarum cau
sarum ipsius Baronis, sed ad
Magnam. C. Vic. vel ad Reg.
Audientias, quia cum ipsi
sindicators habeant iurisdi
ctionem ordinariam à Rege,
per dictā nostrā Reg. Prag.
ad Reg. Tribunalia, sit appelle
lādū, & vt testatur etiam Ca
ranita Ritu 295. nu. 23. recur
rendum est contra sententiam
sindicatorum per iuris reme
dia, quæ plura sunt conces
sa litigantibus.

125 In principio causæ permit
titur recusatio Iudicis, l. Aper
tissimi, C. de Iudiciis Autib. se
quando eodem titulo; quæ re
cusatio a pari procedit cum
appellatione; notatur in cap.
si contra de officio Delegati in
6. & habetur vt suspectus, si
procedit ad vteriora post
propositam recusationem, to
tus processus, quem postea
facit, redditur ipso iure nullus.
Bart. in l. Quia poterat, ff. ad
Trebellianum, & maxime quā
do iuste, & formiter fuerit
proposita. In fine causæ cō
petit

petit remedium appellatio-
nis, ut in toto tit, de appellatio-
ne; & licet per remedium
prædictum legatur manus
126 Iudicis, & non possit pro-
cedi ad executionem senten-
cie, quia stat in suspenso, prout
dictum est supra. Quæ ap-
pellatio tolli non potest, nec
per dictam nostram Regiam
Pragmaticam fuit prohibitum
appellari à sententia sindica-
torum; sed solum mandat, se-
tentiam sindicatorum esse
exequutioni demandandam,
præstata cautione de restitu-
endo per partem succubente
in casu retractationis, quæ
seruanda est in forma specifi-
ca, ut plures dictum fuit; tan-
to magis, quia fuit emanata
per habentem potestatem, nō
prout alia statuta Ciuitatis p-
ea, quæ dixit Bart. in l. omnes
populi, ff. de iustitia, & iure:
Nam hic Regia Pragmatica
mandat posse appellari, sed
non vult, quod per appella-
tionem ab ea retardetur ex-
127 quutio. Quod secus si de
sententia sindicatorum dice-
retur de nullitate; quo in
casu, exequutio sententiae
impediretur. Ita testatur.
Barbat. conf. 1. colum. 1.
vol. 1. prout dicitur de instru-
mento; quod per statutum ha-
bet exequutionem paratam;
id est si sit validum; & propte-
rea videndum erit prius de fo-
lennitatisibus, & iuribus ip-

sius instrumenti; nempè si sit
validum, prout dixi in meis
recollectis de liquidatione in-
strumenti recollect. 2. per totā
quia si non haberet solemnī-
tates requisitas, & esset nullū,
nullam mereretur exequutio-
nem, & à pari proceditur in
sententia, quia si sententia
sindicatorum esset nulla, nullæ
habere deberet exequutionē.
Ita dixit Vantius in suo tracta-
tu de nullitatibus, allegatus,
per Vrsillum ad Afflictum dec.
287. num. 2. Qualiter dicatur
iudicium nullum, & quæ sunt
nullitates Maranta in suo spe-
culo Aduocatorum parte 4. dist.
16. vers. validum per totum,
multos connumerat casus, &
idem Vrsillus eodem loco cit.
Dom Franciscus Garrabba in
suo tractatu de Sindicatu par. 2.
Rub. de expensis taxandis num.
139. qui citat Ann. seng. 299.
& dixit, quod de nullitate de-
bet dici coram superiore, &
sic coram Iudice, ad quem;
& ibi vide multa alia de expē-
sis taxandis Consultori, & eius
famulo ad rationem carole-
norum 15. pro qualibet Die-
ta, & connumerantur ciba-
ria, & aliæ expensæ factæ in
Sindicatu, quæ diuidi debent
pro rata inter partes cōdem-
natas.

Hic pro complemento hu-
ijs operis dico, quod de nulli-
tati dupli modo, & dupli-
citer nullitas proponi, & intē-

tari potest, nām aut præten-
dit quis sententiam nullam re-
formari ex ijsdem actis corā
Iudice ipsius nullitatis, qui eā
tulit, & quia hæc nullitas nō
videtur intentata principaliter,
sed incidenter, potest ab
eodem Iudice, qui eam tulit
recognoscī, & reuideri, quia
principaliter videtur fuisse
petitum reformari, & reuoca-
ri, & incidenter de nullitate
dictum; aut principaliter dici-
tur de nullitate, & tunc supe-
rior cognoscit de nullitate
sententiæ, quomodo autem
dicatur de nullitate principali-
ter, & an dicendò in hunc
modum, dico de nullitate, &
si qua est appello Bar. & Imol.
in l. si expressim de appellat.
quod ita videtur dictum de
nullitate principaliter, prout
etiam in hunc modum appel-
lo, & eque principaliter de
nullitate dico, videtur etiam
de nullitate di&um principali-
ter, quia verba ita sonat, li-
cet prius videtur dicere appel-
lo, quia prout verba sonant,
ita intelligi debent idem Bar.
& Imol. in d. loco, quia ita est
verborum significatio, & ita
facienda est interpretatio, ut
nullum verbū remaneat inu-
tile prolatum, quando princi-
paliter dicitur de nullitate, &
sententia petitur reuocari per
nullitates principaliter alle-
gatas electio cōpetit grauato
coram quo velig ostendere

nullitates, an coram eodem
Iudice, vel coram superiore
vt per Felin. in c. per tuas n. 8.
de sententia excommunicatio-
nis, & in c. in litteras n. 4. de
officio, & potestate Iudices de-
legati, ad quem etiam lectors
remitto, & ad allegata per eū,
& pendente nullitatū discus-
sione nulla sententia manda-
tur exequutioni, vt per DD. in
l. q. 9. condemnatum, ff. de re iu-
dicatz, adest Reg. Prag. 2. in or-
dine in antiquis, quæ incipit
magna Curiæ tit. de appell. po-
test etiam recurri ad remedium
supplicationis, quia licet per
viām appellationis non im-
pediat exequutio sententiæ
sindicatorum, tamen impedi-
tur per remedium supplica-
tionis, ita tollatur Medeius Iu-
stinus in suo tractatu de sindi-
catu n. 239. & per hoc sit in-
positus finis his meis cōmēta-
riis ad primum sindicatorum
spectantibus ad honorē indiu-
duæ sēper Gloriosissimæ ad
horādæ Trinitatis, Patris, Fi-
lij, & Spiritus Sācti, & Glorio-
sæ Virginis Mariæ, eiusq; S.
Josephi Sponsi, & SS. Apost.
Petri, & Pauli, qui hunc librū
fauente corū Clementia me
incipere fecerūt, & fine pro-
sequi optauū, hodie sub die
29. Mēsis Iunij 1668. quorum
festū hodie celebratur Isernię
me V.P. & Gubernatore di-
cta Ciuitatis Iserniae.

INDEX

SINGVLARVM MATERIARVM,

Quæ in hoc tractatu de Sindicatu conti-
nentur, Alphabetico ordine
digestum.

A Bisque delitos, compositione
non admittitur, quomo-
do, & quando, fol. 71. n. 7.

Accusati insolentiores fieri so-
lent, & qui occultè furati sūt,
postea palam latrocinantur,
fol. 99. num. 21.

Accusans Iudices de barattaria,
